



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Scopvs Biblicvs Veteris Et Novi Testamenti**

**Novicampianus, Albertus**

**Antverpiae, 1566**

De Corruptissimis Secvli huius moribus, varijsque atque turbulentis in religione Christiana doctrinis, Alberti Nouicampiani Oratio, in qua permultae pravae opiniones refelluntur, quidque pio cuique ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30443**

## DE CORR.

PTISSIMIS SECVLI  
 buius moribus, varijsque atque turbulen-  
 tis in religione Christiana doctrinis, Alberti  
 Nouicampiani Oratio, in qua permulta pro-  
 ue opinionones refelluntur, quidque pro  
 cuique agendum sequendumque,  
 hoc tempore sui, osten-  
 ditur.

**E**T si genere Polonus sum, Se-  
 renissima Regina, Princeps illu-  
 strissima, vosque omnium or-  
 dinum viri ornatissimi: Erit, in-  
 qua, genere Polonus sum, vicinus tamen  
 Hungariae, professioneque Christianus,  
 ob idque Hungaris, quantum in me est,  
 coniunctissimus. Quod fit, ut his opti-  
 me consultum iri vellem, quam qui ma-  
 xime: vel eò magis, quod dominatu Re-  
 gum, sanguinisque coniunctione eo-  
 rundem & nunc, & olim Polonis  
 Hungari deuincti fuere. Quin etiam  
 hoc tempore, vobis exposcentibus,  
 Principes vestros cum in Polonia, factis  
 ita ferentibus, non sine magna tran-  
 quillitate, dulci que pace, aliquot an-  
 nos exegissent: summa cum alacritate  
 animi (absit odiosa assentatio) sum-  
 ma item obsequiorum promptitudine,  
 &

& fidel  
 splendi  
 gnum v  
 Cum ig  
 sereniss  
 conat u  
 bus eria  
 oratorib  
 natissim  
 tot aru  
 denique  
 compon  
 sint.  
 Sereniss  
 to Regi  
 pendiss  
 bus, q  
 se nolu  
 losoph  
 qui Ma  
 in Grae  
 nium p  
 um ips  
 rum labo  
 maxim  
 bat. E  
 gocia p  
 aliqua  
 potissi  
 in hifce  
 pie pl

& fidelitate, nec non apparatu belli splendidissimo, vnà vobiscum in regnum vestrū foelicissimè deduximus. Cū igitur videam Principes vestros serenissimos, vosque omnes, in id toto conatu animi incumbere, adnitentibus etiam inclytissimi Regis Poloniae oratoribus, viris prudentissimis, & ornatisissimis, vt tandem aliquando post tot ærumnas, tot calamitates, tot denique clades, res Hungaricæ bene componi, & probè constabili possint. Et ipse, qui antea instituendo Serenissimo principi vestro, mandato Regio operam diligentissimam impendissimam: his sanctissimis conatibus, quoad per me fieri potuit, desesse nolui. Quin potius Diogenem Philosophum mihi censui imitandum, qui Macedonum Rege expeditionem in Græciam adornante, cæteris moeritium propugnationi intentis, dolium ipse, in quo degebat, ne inter suorum labores ignauia accusaretur, quam maxima poterat contentione, versabat. Ego verò melius, qui vobis negocia profana tractantibus, de diuinis aliqua in medium proferam, ob eam potissimum causam, quod de illis, & in hisce locis non rectè, ne dicam impiè plurimi sentiant, odiisque plusquam

T quam

quam feralibus inter se ob ea dissideant, & digladiantur. Porro ubi divina impiè tractantur, aut derelicti habentur, non est quod quispiam (dummodò sanæ mentis sit) cætera beneficentia foelicesque exitus habitura putet.

*Jacob. 1.*

*Prover. 16.*

*Eccle. 17.*

*Maith. 6.*

*Mat. 5. 24.*

*Propositio orationis.*

*Affectus in rectè iudicâdo officiunt.*

*Quintilianus.*

Omne enim datum optimum, & omne donum perfectum de sursum est, descendens à patre luminum. Qui ut agnoscat, & piè glorificetur, omnia condidit. Eius igitur regnum si primum fideles non oscitanter quaesierint, cætera illis adijcienda promissile, qui fallere non potest: adeò ut citius coelum & terram ad nihilum redigenda putes, quàm promissa illius immutanda. Dicam igitur, & dicam quàm breuissimè poterò, de moribus corruptissimis, turbulentissimisque & calamitosissimis in religione Christiana hoc seculo dogmatibus: quidque in eis pio homini agendum sequendumve sit, vos quaeso animum aduertite; Illud autem in primis à vobis efflagito, ut, si vos æquos iudices dictis meis præbituri estis, animum affectibus vacuum afferatis oportet. Verissimè namque dixit Quintilianus, Id quod indices fuisse volunt, esse facile credere. Et sicut amantes de forma iudicare non possunt, quia

sen sum  
omnem  
nem à  
occupar  
ista non  
partis a  
irrisione  
erius co  
moror:  
etis im  
quid ho  
s t v  
cens, c  
pendis  
tempu  
sus, &  
scelestr  
ctus ma  
tem ob  
uideris.  
Fler  
loqui,  
huius i  
quispi  
que exp  
iam inc  
tum ill  
homin  
sequer  
dis scel  
torū au

fenfum oculorum premit amor: ita omnem inquirendæ veritatis rationem à nobis amitti, cum affectibus occupamur. Quòd si fortè quispiam ista non prouidens, odio nostri, vel partis aduersæ amicitia abductus, nos irrisione persequi, nostraque hæc acriter conuellerè pergat, haud equidem moror: quippe qui id mihi cum doctissimis viris commune sciam. Sed quid hos dico? cum ipse CHRISTVS Seruator omnium optimè docens, doctrinæque suæ signis, & stupendis miraculis fidem faciens, sic contemptus, spretusque fuerit, vt furiosus, & dæmoniacus à plurimis iisdem scelestissimis censeretur. Tantum affectus maligni in limanda veritate mentem obruunt, & præcipitant, nisi prouideris.

*Christus.*

Flere magis libet Christiani, quàm loqui, vbi mores corruptissimos seculi huius infœlicissimi, & calamitosissimi quispiam fixius inspexerit, diligentiusque expenderit. Quamuis enim olim

*Narratio.*

*Vitia priorum seculorum.*



vt honorem, & gloriam, cultum denique, qui soli rerum opifici Deo debetur, detulerint hominibus, spiritibus malignis, animantibus rationis expertibus, statuis item ex are factis, aut ligno cælatis, quibus etiam (horresco referens) filios & filias suas immolarunt: Tamen præsentis seculi, in ligno positi, scelera paria, vel potius grauiora ducenda sunt prioribus. Et enim post tot exēpla grauisimarū penarum de peccatoribus sumptarum: post tot insignia beneficentiæ diuinæ in homines testimonia: post coruscantem Euangelij lucem, ab unigenito filio DEI, in sinu patris existente, mundo illatam, mirandis prodigijs confirmatam, sanguine Apostolorum, & innumerabilium martyrum obfignatam: deinde post perpetuitatem, & constantiam Ecclesiæ illi à CHRISTO promissam: post tot hæreses planè sopitas, confutatasque scripturarum & Ecclesiæ auctoritate, aduersus quam ne portas quidem inferi CHRISTVS præualituras pollicitus est: post ea (inquam) omnia, homines huius seculi, eorum omnium obliti tanquam equus & mulus, in quibus non est intellectus, in vitia ruunt, hæresesque iam à multis temporibus

*Psal. 105.  
Vitia seculi  
præsentis.*

*Psal. 31.*

ribus da  
Quæ q  
abijciunt  
vitiū  
incurrunt  
dam C  
Ethnic  
strant,  
dit enit  
tro rep  
um vor  
bro lut  
dicent  
iusticia  
trorsum  
uius en  
tia: g  
impie  
larunt  
tè expr  
entem  
facient  
contrā  
paucis  
futuru  
CHR  
autem  
poribu  
dos, I  
ius ven  
da dux

ribus damnatas in dubium reuocant. Quae quidem facientes, timorem Dei abijciunt, Ingratitudinis in DEVM, *Ioan. 13.* vitium longè omnium teterrimum, incurrunt: Charitatē peculiare quoddam Christianorum infigne rumpunt: Ethnicis & publicanis se pares demonstrant, vel potius deteriores. Accidit enim illis illud Prouerbiū à Petro repetitum, Canis reuersus ad suum vomitum, & sus lota in volutabro luti. Quamobrem melius erat illis, dicente Petro, non cognoscere viam iustitiæ, quàm post agnitionem retrorsum reuerti à sancto mandato. Leuius enim redditur peccatum ignorantia; grauius damnabuntur qui crimen impietatis, ingratiitudinis vitio cumularunt. Id quod CHRISTVS aperte expressit, cùm diceret, Seruum scientem voluntatem Domini, & non facientem, plagis afficiendum multis: contra nescientem, & non facientem, paucis. Sodomitis item tolerabilius futurum in die iudicij, quàm Iudæis CHRISTO non obedientibus. His autem vitijs homines nouissimis temporibus, quasi pestilentia inuadendos, Paulus olim vaticinatus est: cuius verba hîc non sine causa recensenda duxi: Illud scito (inquit) in nouis-

*Prouerbiū.  
2. Pet. 2.*

*Peccatū leuius redditur ignorantia.*

*Luc. 12.*

*Matth. 10.  
Vaticinium  
Pauli de  
sceleribus  
eius seculi.*

*2. Tim. 3.*

T 3      finis

simis diebus instabunt tempora periculosa. Erunt enim homines sui amantes, auari, iactabundi, superbi, maledicti, parentibus non obedientes, ingrati, impij, sine affectu, nescij foederis, criminatores, intemperantes, immites, negligentes bonorum, proditores, temerarij, tumidi, voluptatum magis amatores quàm Dei, habentes formam pietatis, sed qui vim eius abnegarent, & hos deuita. Obsecro, an vitia hæc secundum yaticinium Pauli hoc seculo non inudarunt? vos locupletes testes esse potestis. Ego certè quantum attinet actiones in speciem studiosas, quas moraliter bonas vocant, Turcas plurimis Christianis præstare, constanter affirmare ausim. Illi enim (veluti ex scriptis, & relatu quorundam accepi) æquitatis & pactorum seruantes sunt: Principibus suis fideles, illisque ad nutum etiam obedientissimi: à rapina suorum abstinentes, liberales in pauperes, sobrij, legis suæ obseruantissimi: aded vt ne latum quidem vnguem ab ea declinare velint. Quamobrem consultante etiam cum proceribus Cesare, professor legis eorum adesse iubetur, attentè obseruans, ne quid legi contrarium ab illis decernatur, sanciaturve. In caremonijs item, tem-

*Turcarum  
mores qui-  
dam.*

*Nota.*

plisque  
etiam pe  
reuerent  
& in ter  
illos cur  
inuiolat  
nachis,  
gione in  
milia ip  
ti studi  
Christi  
sto Iesu  
vocator  
minim  
maden  
ra ocul  
perfrin  
uidis,  
dus eff  
co mor  
quod  
testatu  
tisque  
gères r  
Dei, te  
ruunt,  
manus  
bitant  
tra om  
que co  
conue



plis que ædificandis magnifici, in quæ  
 etiam per diem aliquoties, summa cum  
 reuerentia venire solent. Quandoque  
 & in templa Christianorum, quæ apud  
 illos cum rebus sacratis, dicatisq; Deo  
 inuiolata permanent, sacerdotibus, mo-  
 nachis, suos prouentus vnà cum reli-  
 gione in pace retinentibus. Hæc & si-  
 milia ipsi Mahometico dogmate imbu-  
 ti studiosissimè obseruanda curant:  
 Christianorum verò plurimos à Chri-  
 sto Iesu edoctos, ad melioremq; spem  
 vocatos, contraria illis facere pudet  
 minimè. Nam vt cætera vitia, quibus  
 madent, taceam: illa tamen recentio-  
 ra oculos quasi ferientia, breuibus  
 perstringam. Cùm iuxta factum Da-  
 uidis, decor domus Dei illis diligen-  
 dus esset, zelusque eius, illos non di-  
 co mouere, sed comedere deberet, id  
 quod CHRISTO accidisse Ioannes  
 testatur: Ipsi tamen contemptis spre-  
 tisque legibus, animo sacrilego, dili-  
 gètes magis gloriam hominum quàm  
 Dei, templa prophanant, defœdant, di-  
 ruunt, rebus sacratis, dicatisque Deo,  
 manus prophanas admoliri minimè du-  
 bitant: idque suapte libidine ducti, ci-  
 tra omnem necessitatem, superiorum-  
 que consensum, eas in priuatum vsum  
 conuertunt, latius esse ducentes, se,

*Psal. 25.  
 In propheta-  
 natorum et  
 plorum.*

*Ioan. 2.  
 Ioan. 12.*

T 4 do-

domosque suas tapetijs, argento, auro nitere, quam templa. Adhuc, ut ipsi ea deglutiant, arcasve suas implerant, quam ut in templo Domini ad publicos usus, urgente necessitate recondantur. Ex possessionibus item Ecclesiae potius auerantur ipsi, eorumque serui, quam ministri Domini ad honorem et Dei gloriam, qui sapiente Hebraeo teste, omni laude maior est, utque agnoscat, riteque glorificetur omnia condidit. Questus est olim Deus apud Hieremiam, quod Rechabitis mandata patris sui capeissentibus, Iudei mandata Dei negligerent. Nunc agerrime non feret, cum Turcis dogmata Mahometi mordicus retinentibus, Christianorum plurimi mandata DEI non parent? Quod si Deus Rechabitis vitio non vertit, quin potius gratiam se relaturum pollicitus erat, quod homini patri suo morem gerentes, vinum non biberunt, nec seminarunt, in domibusque non manserunt, quae quidem ad honorem Dei parum vel nihil pertinebant: Quomodo Christianis laudi non ducet, & non referet, quod patrum maiorumque suorum traditiones in laudem & gloriam DEI vergentes firmiter retineant? Dedit poenas gra-

*Eccle. 43.*

*Jerem. 35.*

uissimas  
quod va  
solymit  
portata  
uiuio ta  
à Deo p  
qui à R  
raptum  
num il  
Christi  
fine tin  
tùm fa  
auferen  
decore  
I E S V  
vender  
lis fact  
lerit &  
profen  
tionis  
lam s  
ne vas  
re per  
festo i  
tionis  
interf  
Chris  
homi  
const  
præse  
uis,

uisissimas Baltazar Rex Ethnicus, *Danie. 5o*  
 quod vasa Domini ex templo Hiero- *Baltazar.*  
 solymitano à Nabuchodonozore af-  
 portata prophanarat, ex illis in con-  
 uuiuo tantummodo bibens. Acerrime  
 à Deo percussus Heliodorus princeps, *2. Mach. 3.*  
 qui à Rege Antiocho Hierosolymam, *Heliodorus*  
 raptum thesauros templi & homi-  
 num illic reconditos, missus fuerat:  
 Christianorum verò plurimi, cum id  
 sine timore Dei, pro sua libidine tan-  
 tum faciant, quomodo istud inultum  
 auferent? Notum enim est, quanti *Ioan. 2.*  
 decorem templi ipse CHRISTVS *Christus*  
 IESVS fecerit, cum Iudæos emetes & *quanti deco-*  
 vendentes, è templo flagello ex funicu- *rem templi*  
 lis facto, non sine maximo zelo expu- *fecerit.*  
 lerit & eiecerit, testimonium ex Esaia *Esaia. 56.*  
 proferens: Domus mea, domus ora-  
 tionis vocabitur, vos autem fecistis il-  
 lam speluncam latronum. Quinetiam  
 ne vas quidem, referente Marco, fer- *Marc. 11.*  
 re per templum sinebat. Adhæc ipse  
 festo innouationis templi, & dedica-  
 tionis altaris à Machabæis instituto, *1. Mach. 4.*  
 interfuisse à Ioanne narratur. Quod si *Ioan. 10.*  
 Christus cum esset Deus, ea tamen que  
 homines in honorem & gloriam Dei  
 constituerant, non contempsit, imò sua  
 præsentia approbavit: Tu qui es pul-  
 uis, & cinis, cur ea facere dedigna-

T 5 ris?

*Exod. 38.*

*3. Reg. 6.*

*2. Para. 29*

*2. Mach. 3.*

*Esd. 1.*

*Factum Cy*

*ri Regis.*

*Numerus*

*vasorum.*

*Exod. 20.*

*Cōtra euer*

*iores ima-*

*ginum.*

*Psal. 113.*

ris? cur eum honorem templis non de-  
fers? quin potius nulla necessitate ad-  
actus, tua tantum libidine ductus ra-  
pis ea, quæ homines pij, pro ornamen-  
to templi in honorem & gloriam  
Dei vergente, contulerunt, idque non  
sine sacræ scripturæ authoritate, in qua  
plurima extant eius rei testimonia, que  
hic recensere longum esset. Factum  
tamen Cyri regis Persarum silentio  
præterire non possum, qui, licet Eth-  
nicus esset, populo tamen Iudaico et  
captiuitate dimisso, templum Domi-  
ni restaurare iussit, vasaque aurea, ar-  
gentea à Nabuchodonozore olim ab-  
lata, restituit, numerum quinque mil-  
lium quadringentorum impleria. Ad e-  
b Ethnicos veros Dei cultores virtute an-  
teceunt. At dices fortasse (vt de ima-  
ginibus pauca loquar) Dei præceptum  
esse: Non facies tibi sculptile. Non  
eo inficias, id dictum Dei esse: Nego  
tamen ita, veluti opinaris, intelligen-  
dum. Ea enim potissimum ratione  
Deus id præcepisse existimandus est,  
ne Iudæi, qui tum temporis in idolo-  
latriam proni fuerant, idola facerent,  
quod eum honorem illis exhiberent,  
qui solius Dei viui est, veluti gentes  
fecere, iuxta illud Psalmographi: Si-  
mulachra gentium argentum & au-  
rum,

rum, o-  
liquo, i-  
cus accip-  
dixisset  
pile: V-  
oblitus  
ex auro  
esset con-  
stans?  
si homo  
homini  
nullus t-  
ris sacri-  
templis  
sentent-  
las è te-  
contra-  
empla-  
alterun-  
ra scrib-  
os Ch-  
rioris  
rietibi-  
ras va-  
so tem-  
vsus in  
Euseb-  
ri grat-  
donec  
tinge-  
nes n-

rum, opera manuum hominum. Alio-  
 loqui, nisi ad eum modum hic lo-  
 cus accipiendus esset, cum Exod. xx.  
 dixisset Deus, Non facies tibi scul-  
 ptile: Vigesimo quinto vero, quasi sui  
 oblitus, praecepisset duos Cherubin  
 ex auro parandos, quomodo sibi non  
 esset contrarius, & quasi sibi non con-  
 stans? cum tamen non sit Deus, qua-  
 si homo, ut mentiatur, nec ut filius  
 hominis, ut mutetur. Cum igitur  
 nullus sit locus, quod sciam, in lite-  
 ris sacris, quo praecipatur imagines in  
 templis non esse debere, non video, cur  
 sententia istorum probanda sit, qui il-  
 las è templis eijciunt, praesertim cum  
 contraria in scripturis inueniantur ex-  
 empla. Vnum illud proximè citatum,  
 alterum 3. Regum 6. vbi inter caete-  
 ra scribitur, Salomonem praeter du-  
 os Cherubin in medio templi infe-  
 rioris collocatos, alios quoque in pa-  
 rietibus fecisse, & palmas, & pictu-  
 ras varias. Huc accedit, quòd ab ip-  
 so tempore Apostolorum, imaginum  
 vsus in Ecclesia fuerit, ut Athanasius,  
 Eusebius, Gennadius, caeterique vi-  
 ri grauisissimi, & vetustissimi docent:  
 donec circiter annum Domini sep-  
 tingentesimum septimum, imagi-  
 nes non esse recipiendas docere coepit

NUM. 23.

*Exempla  
 imaginū ex  
 scripturis.*

**Xenaias**  
**auctor sectæ**  
**Iconocla-**  
**starum,**  
**Nicephor<sup>9</sup>**  
**Eusebius.**

Xenaias quidā, fortuna seruus, natione Persa, secta gentilis, à Domino suo profugus, ab Antiochiæ Episcopo inficio, quod baptizatus non esset, in Episcopum Hierapoleos ordinatus. Hanc hæresim plurimi complexi sunt, eo quam celebratum fuerat concilium Nicæanum, quod Græci generale septimum appellant, in quo hæresis Iconoclastarum siue Iconomachorū, hoc est, eorum qui imagines tollunt, damnata est. Vbi de imagine Christi inter cætera hoc decretum est, quod hoc disticho continetur.

*Nam Deus est, quod imago docet, sed ita  
Deus ipsa:*

**Distichon**  
**de imagine**  
**Christi.**

*Hanc videas, sed mente colas, quod ceruus  
in ipsa.*

**Solutio ob-**  
**iectionis de**  
**imaginib<sup>9</sup>.**

Pro hac synodo Epiphanius Græcus plurima scripsit, rationes hæreticorum hac de re refutans. Inquit fortitan quispiam, imagines esse scandalo, quippe quæ ab hominibus colantur. Vide, num rectè argumenteris. Nam prima propositio tuæ argumentationis nō omninò vera est, hæc scilicet: Quodcunque est scandalo, tollendū est: multa enim scandalo sunt, nemo tamen mentis compos, ob id spernenda, tollendaque esse censuerit, sed de illis rectè sentiendū. Vt verbi causa, Scriptura

**Multa sunt**  
**scādalo, ta-**  
**mē nō sunt**  
**tollenda:**

ra sacra, e  
eam perp  
item dice  
lum, & st  
cūm apu  
ret: Beatu  
in me. Ja  
na è coelo  
quidem f  
nunc for  
rō secun  
nempe q  
ris, adore  
esse, non  
ria Chri  
quos &  
sto hono  
uent ani  
nuntur,  
irritant  
quàm q  
bus: E  
alibi, in  
tur, vt in  
CHR  
credens  
est Eccl  
signata  
as Deo  
ce Dor  
sibi m

ra sacra, ex qua multi scandalizantur,  
 eam perperam intelligentes. Christus *1. Cor. 10*  
 item dicente Paulo, multis est scanda-  
 lum, & stultitia. Quod & ipse innuit,  
 cum apud Matthæum de se ipso dice- *Matth. 18.*  
 ret: Beatus qui non fuerit scandalizatus  
 in me. Jam & eadem ratione Sol et Lu-  
 na e cœlo deiiciendi erant: plurimi si-  
 quidem fuere, qui hos coluerunt, &  
 nunc fortasse aliqui adorant. Quod ve-  
 rò secundam propositionem attinet,  
 nempe quòd imagines, veluti opina-  
 ris, adorentur. Imagines aio in templis  
 esse, non vt colantur, sed vt sint memo-  
 ria Christi Iesu, sanctorumque eius, *Imagines  
 cur in tē-  
 plis sint.*  
 quos & pater cœlestis docente Chri-  
 sto honore dignatur: magis enim mo- *Ioan. 12.*  
 uent animum, quæ quasi præsentia cer-  
 nuntur, iuxta illud Horatij: Segnius *Hora. in ap-  
 te poetica.*  
 irritant animos demissa per aurem,  
 quàm quæ sunt oculis subiecta fide-  
 libus: Proinde in medio templi, vel  
 alibi, imago Christi crucifixi statui-  
 tur, vt in mentem homini subeat, quòd  
 CHRISTI passione redemptus, & *Crucis ima-  
 go cur in  
 templis sta-  
 tuatur.*  
 credens in eum, corpori mystico, quæ *Galat. 6.*  
 est Ecclesia, per templum materiale de-  
 signata, misertus sit, ob idque grati-  
 as Deo agat, & secutus Paulum in cru-  
 ce Domini Iesu gloriatur, per quem  
 sibi mundum, & se mundo crucifi-

T 7 xum

1. Cor. 11.  
Sanctorum  
imaginum  
caussa.

Solutio ob-  
iectionis,  
cur ante  
imagines  
cerei suffi-  
guntur, &  
suffitus fit.

2. Cor. 2.

1 Cor. 12.

xum existimet. Sanctorum item ima-  
gines inspiciens, eos sibi imitandos  
proponat, in fideque roboretur, e-  
iusdem Pauli præceptum securus: Imita-  
tores mei estote, sicut ego CHRIS-  
TI. Quod si sint qui hæc ignorent,  
docendi sunt, neque ob id imagines  
eiiciendæ. Iam si dixeris, sacerdo-  
tes ipsos ac Episcopos ante illorum  
imagines cereos suffigere, suffitumque  
facere: non te offendat (ait Genna-  
dus Constantinopolitanus patriar-  
cha, vir sanctus & miraculorum pa-  
trator) symbolicos enim ista sunt,  
non lignis aut lapidibus ipsis, sed in  
honorem illorum, quibus cum Chri-  
sto requies est, & quorum honor ad  
ipsum recurrit, attestante sapiente Ba-  
silio. Qui erga conseruos bonos ho-  
norem, erga ipsum Dominum bene-  
uolentiæ signa exhibet, luminaria, fi-  
dei lumē, odoramaenta boni odoris imi-  
tationem designant. Qui quidem o-  
dor Sancti DEO fuere, nosque exem-  
plo illorum esse debemus. Id quod  
Paulus de se prædicat, CHRISTI  
(inquit) bonus odor sumus Deo: Qui  
cum sanctos, testante CHRISTO,  
honorificet, quānam audacia tu illos  
despiciendos duces? memoriamque il-  
lorum nullam in Ecclesia extare cu-  
pies?

At co-  
præcipit,  
ros glorios  
generationi  
narrent po-  
ciet Ecclesie  
te Horatij  
Lucretiæ,  
nici, eorum  
dornantur  
CHRIS  
liuioni tra-  
confringe  
istorum,  
scitur, fa-  
imagines  
voluptate  
quæ in lib  
da duces  
aspectu c  
dem re  
imò dete  
rum C  
runt, &  
lexandro  
seogle B  
prodiden  
non defu  
diuinam  
triplicite  
ea in re



pies? At contrarium sapiens Hebræus  
 præcipit, cùm diceret: Laudemus vi-  
 ros gloriosos, & parentes nostros in  
 generatione sua: sapientiam ipsorum  
 narrent populi, & laudem eorum nun-  
 ciet Ecclesia. Laudibus vehuntur abs-  
 te Horatij, Decij, Scipiones, Fabricij,  
 Lucretia, & alij innumerabiles Eth-  
 nici, eorumque imaginibus ædes tuæ a-  
 dormantur: Sancti contra, qui membra  
 CHRISTI sunt, contemnentur, ob-  
 liuioni tradentur, imaginesque eorum  
 confringentur, & exurentur? Nomina  
 istorum, qui cuius spiritus fuerint, ne-  
 scitur, fastis seu calendarijs inscribis,  
 imaginesque illorum non sine animi  
 voluptate inspicere gaudes: Ea verò  
 quæ in libro vitæ scripta sunt, eraden-  
 da duces, imaginesque item eorum, ne  
 aspectu quidem dignaberis? Qua qui-  
 dem re Ethnicis te similem ostentas,  
 imò deteriorem. Siquidem aliqui illo-  
 rum CHRISTI imaginem habue-  
 runt, & venerati sunt. Quod de A-  
 lexandro Seuero Cæsare, & de Cher-  
 seogle Baiazethis genero, scriptores  
 prodidere. Sed dū hæc à nobis dicuntur,  
 non defuturos reor, qui ad scripturam  
 diuinam prouocent. In quo quidem  
 tripliciter errant: Primùm, quòd  
 ea in re illis scriptura contraria fit,

*Eccle. 44.  
 Sanctorum  
 laus in Ec-  
 clesia.*

*Imagines  
 Ethnicorum.*

*Iou. lib. 13.  
 Tom. 1.*

*Tripliciter er-  
 ror, qui di-  
 spuites de  
 imaginib<sup>9</sup>  
 ad scripturã  
 prouocant.*

tan-

tantum abest, vt patrocinetur, veluti paulò antè ostensum est, ex sequentibusque magis liquebit. Deinde, quòd solùm illa credenda seruandaque esse existimant, quæ in scripturis diuinis apertè descripta inueniantur. Postremò, quòd Ecclesiæ auctoritatem & traditionem eneruent. Quorum neutrum ab Orthodoxis recipitur. Si enim hoc secundo loco dictum, veritati consonum esset, vti illis videtur: certè hac ratione Euangelistarum scripta, imò & cæteri libri sacrae scripturae abijciendi erunt, quòd aliquando ab E-bionitis factum, solo Euangelio Matthæi vtentibus, et alijs vetus testamentum lacerantibus. Quem enim locum ex scripturis diuinis commonstrabunt, vbi D E V S apertè prædicaret, quot, & qui nam libri sacrae scripturae sint? Neque est, cur solùm ad titulos librorum recurrant. Erant enim Euangelia ( vt grauisissimi & vetustissimi scriptores testantur) sub nomine Apostolorum falso ab hæreticis prolata, vt Iudæ, Petri, Thomæ, Matthiæ: non sunt tamen Ecclesiæ auctoritate approbata. Quam quantidiu Augustinus fecerit, ipse ostendit, cùm diceret: Non crederem Euangelio, nisi me Ecclesiæ Catholice com-

*Iren. lib. 1.  
ca. 26. con-  
tra hæres.*

*Iren. lib. 1.  
ca. 35. cõtra  
hæres.*

*Euseb. li. 3.  
Aug. ca. 5.  
cõtra epis.  
Manich.*

commoueret authoritas: Sed præ-  
 ter sacrae scripturae libros, & alia sunt,  
 quæ per Ecclesiae traditionem inno-  
 tuerunt, quorum quædam ad salutem  
 etiam necessaria sunt: vt Spiritus san-  
 cti diuinitas, & æqualitas cum alijs  
 personis, quam Eunomiani negabant,  
 quia in scripturis diuinis minimè con-  
 tineri illis videbatur. Eam opinionem  
 secutus Macedonius, in Concilio Con-  
 stantinopolitano condemnatus: Ver-  
 ba item consecrationis corporis Do-  
 mini: Nominis personæ in descriptio-  
 ne Trinitatis vsurpatio: Quodd in  
 paruulis baptismus efficax sit: Diei  
 dominicæ pro sabbato introductio,  
 quam tempore Apostolorum fuisse  
 ex 1. capit. Apocalypsis constat, & id  
 genus alia non pauca. Quorum ali-  
 qua cum recensuisset verustissimus scri-  
 ptor Tertullianus, subdit: Harum  
 & aliarum huiusmodi disciplinarum  
 si legem postules, scripturam nullam  
 inuenies, traditio tibi perpendetur au-  
 ctrix, & consuetudo confirmatrix, &  
 fides obseruatrix. Quin & locus Päu-  
 li 2. ad Theſſalonicen. 2. contra eos est,  
 qui nulli rei fidem haberi volunt, quæ  
 non expresse in scripturis caueatur.  
 State inquit) fratres, & tenete tradi-  
 tiones, quas accepistis siue per sermo-  
 nem,

*Que per  
 traditionē  
 ecclesie in  
 notuerunt.*

*Tertull. de  
 coro. mili.*

*Locus  
 Pauli.*

426 DE CORRVP. MOR,  
nem, siue per Epistolam. Contra  
quos hoc loco Chrysostomus & Græca  
scholia, referente Gagnazio, Græcè  
quidem, sed in eam sententiam loquun-  
tur. Etenim scripta & non scripta  
præcepta tradiderunt Apostoli, & ut-  
traque obseruatione digna. Igitur &  
Ecclesiæ quoque vel non scripta tra-  
ditio seruanda est, hæc ille: Nec dis-  
similes locos aliquot in Paulo, alijs-  
que scripturis inuenire est, ad hanc  
hæresin retundendam, quæ Euno-  
mianorum, Arrianorum, Nestorij,  
Arrij, & aliorum fuerat, in Concilio  
generali septimo ab annis septingen-  
tis sexaginta quinque damnata. Eam  
tamen recentiores non deterrii sup-  
plicio illorum complexi sunt, autho-  
ritatem & consuetudinem Ecclesiæ ni-  
hili facientes. Paulus vas Domini ele-  
ctum (vt de eo quod tertio loco pro-  
positum fuerat dicam) rem indifferen-  
tem, de qua nihil in scripturis sacris ca-  
uetur (vt scilicet vir aperto capite, mu-  
lier operto oret) obseruari vult ab om-  
nibus, argumentum aliud aduersus con-  
tentiosos nõ afferens nisi Ecclesiæ con-  
suetudinem: Si quis (inquit) inter vos  
videtur esse contentiosus, nos talem  
consuetudinem non habemus, neque  
Ecclesia Dei. Quem moré canone 14.  
secu-

*Consuetudo  
& c. 1. 2.*

*1. Cor. 11.*

secutum  
tra Arri-  
teros p  
Episco  
lim per  
rò nesci  
obserua  
tudines  
tione al  
stissimè  
lo, nõ  
Verùm  
dium  
um ceu  
bitum,  
Christ  
aut non  
tur. N  
per fit,  
est, vni  
lùm re  
Quam  
voluit  
frater  
non a  
cus &  
dicere  
ta esse  
clesiæ  
rum s  
uerat

secutum est Nicænum Cōcilium con-  
 tra Arrium congregatum, cui inter cæ-  
 teros plurimos Paphnutius Aegypti  
 Episcopus interfuit, per quem sicuti o-  
 lim per Apostolos signa fiebant: Isti ve-  
 rò nescio quo spiritu inflati, tot annos  
 obseruatas Ecclesiæ Catholicæ consue-  
 tudines nihili ducunt: qua quidem ra-  
 tione alienos se à Dei spiritu manife-  
 stissimè produnt, cùm ille, dicente Pau-  
 lo, nō diffensionis sed pacis sit author.  
 Verùm enim uerò minimè mirum est, si  
 diuum Paulum, Nicænumq; Concili-  
 um ceu vnum ex quatuor Euāgelij ha-  
 bitum, contemnant, cùm eo modo &  
 Christo Iesu notā mendacij se inurere,  
 aut non animaduertunt, aut non veren-  
 tur. Nam cùm Ecclesiæ Catholica sem-  
 per sit, alioqui Catholica nō esset, hoc  
 est, vniuersalis, quæ vniuersalitas nō so-  
 lum refertur ad loca, sed ad tempora.  
 Quamq; etiam visibilem esse Christus  
 voluit, cùm diceret: Si te non audierit  
 frater tuus, dic Ecclesiæ: si Ecclesiam  
 non audierit, sit tibi tanquam Ethni-  
 cus & Publicanus. Quī enim Ecclesiæ  
 diceret, quæ illi inuisibilis & incogni-  
 ta esset, veluti isti putant. Ei autem Ec-  
 clesiæ Christus pollicitus est se missu-  
 rum spiritum veritatis, cum ea perfe-  
 ueraturum in æternum. Ipseque apud

*Libr. 10.  
Eccles. hist.*

*1. Cor. 14.*

*Ecclesiam  
erroris in-  
simulantes,  
quid Chri-  
sto inurans*

*Matth. 18.*

*Ioan. 14.*

Mat-

*Matth. vi.*

Matthæum idem se facturum prædixit: Non video qua ratione isti erroris Ecclesiam infimulantes, blasphemiam in CHRISTVM effugere poterint. Quod verò attinet locos ab

*Deut. 12.*

illis in contrarium adduci solitos, ut illud. Quod præcipio tibi, hoc tantum facito Domino, nec addas quicquam

*Solutio quæ  
runda lo-  
corū sacra  
scriptura  
ab aduersa  
rijs testimo-  
nij gratia  
nō rectè pro-  
ductorum.*

nec diminuas. Hic locus in eo sensu accipi non potest, ut isti detorquent. Dominus enim hoc loco (ut ex antecedentibus verbis colligitur) inhihet solum populo suo, ne relicta doctrina cultus sui, quam ipse per Moysen dederat, caeremonijs falsorum deorum ipsum colerent, non verò additionem in vniuersum prohibet, alioqui sequeretur solum Pentateuchum Moysis à fidelibus recipi debere, (quod Samaritani fecerant) alij verò libri veteris & noui Testamenti explodendi erunt. Maledictioni item obnoxius erit Iosue vel Esdras, qui bonam partem vltimi capitis libri Deuterono. addidit de morte Moysis, & cætera. Sacrilegus fuisse putandus erit Moyses, qui multa addidit, quo ea quæ præcipiebat Dominus declararet, ut in ritu phase, & in obseruatione sabbati, vbi constat legentibus præter Dei præcepta aliqua fuisse addita. Haud dissimiliter solui

*Exod. 12.**Exod. 20.**23. 24.*

poter  
afferu  
uerit  
natio  
doctr  
gelica  
bar,  
Galat  
Chris  
cessan  
in C  
prohi  
script  
Chris  
fuisse  
gelium  
post  
cus ex  
istoru  
Eccle  
In va  
nas,  
quet  
dent  
diti  
lis est  
dum  
ro rec  
illic à  
bent  
clesia

potest secundus locus, quem ex Paulo *Gala. 1.*  
 afferunt. Si quis vobis euangeliza- *Locus Pau*  
 uerit præterquam quod accepistis, a- *li nõ rectè*  
 nathema sit. Vt scilicet intelligatur de *pro tuendo*  
 doctrina contraria & aduersa Euan- *errore cita-*  
 gelicæ doctrinæ, & quæ illi deroga- *tus.*  
 bar, veluti illa quam pseudoapostoli  
 Galatas docebant, in ignominiam  
 Christi prædicantes, legem Moyſis ne-  
 cessariam esse ad salutem homini, qui  
 in CHRISTVM credit. Itaq; non  
 prohibet eis aliam doctrinam, nec alia  
 scripta tradentia ea, quæ ad gloriam  
 Christi pertinerent. Alioqui anathema  
 fuissent, qui receperunt Ioannis Euan-  
 gelium & Apocalypsim, quæ longè  
 post Paulum scripta sunt. Tertius lo-  
 cus ex scriptura, nunquam non in ore  
 istorum versatus, vbi de traditionibus  
 Ecclesiasticis sermo incidit ex Marco:  
 In vanum me colunt docentes doctri- *Marc. 7.*  
 nas, & præcepta hominum. At li- *Locus ex*  
 quet, præcedentia in eo capite expen- *Marco.*  
 denti, loqui Christum de frigidis tra-  
 ditionibus, & prorsus inutilibus, qua-  
 lis est: Illotis manibus non manducan-  
 dum panem: Non licere comedere è fo-  
 ro redeuntibus, nisi lauarentur: & alia  
 illic à Christo expressa. Quæ nihil ha-  
 bent commercij cum apostolicis & ec-  
 clesiasticis traditionibus, quibus Ec-  
 clesia

clesia fulcitur & roboratur, de quibus  
 antea dixi. Sed his ad quæ refellenda  
 ardor animi me abstulerat, dimissis, in  
 alijs quæ in contrarium ab istis profe-  
 runtur, quæ quidem omnia inter cæte-  
 ros Martinus Peresius accuratè confu-  
 tauit: ad cætera quæ præsentis sunt in-  
 stituti, pergamus. Vbi parumper ex-  
 pendamus obsecro, cur prædictum ca-  
 talogum vitiorum Paulus recensuerit,  
 ea quasi digito commonstrans, quod  
 & in alijs locis fecit. Neque enim te-  
 merè fecisse putandus est. Nouerat ni-  
 mirum ille à Spiritu sancto edoctus, ho-  
 mines in quos seculorum fines deuenie-  
 runt, malitia ita excæcatum iri, ut ma-  
 nifesta scelera perinde ac si scelera non  
 essent ab illis dissimularentur ac con-  
 temnerentur. Quique prauis doctrinis  
 imbuti, & libertate Euangelica abu-  
 tentes, confiterentur se nosse Deum,  
 factis autem (ut idem ait) negarent,  
 sintque ad omne opus bonum repro-  
 bi, satis sibi ducentes, si in omni ge-  
 nere vitiorum volutati ceu in volutabro  
 cœni, CHRISTVM mediatorem o-  
 re tantum confiterentur, magisque  
 linguam quam mentem piam habentes,  
 suas fides fictas, vel potius perfidi-  
 as confingerent atque iactarent. Cui  
 tamen vna sit fides, sicut vnus Deus,

**D. Paulus**  
*cur vitia*  
*sigillatim*  
*enumerarit*  
**1. Cor. 10.**

**Sapient. 2.**

**Titim. 1.**

vt Pa  
 fateat  
 iustos  
 Chris  
 cum o  
 hi Do  
 celor  
 patris  
 obuere  
 xuria  
 liter v  
 argue  
 lecti  
 tur )  
 sortit  
 minu  
 in ser  
 timis  
 absti  
 ete et  
 surge  
 erunt  
 gusti  
 in me  
 nis te  
 coram  
 nibus  
 li ab  
 ctor g  
 lizat  
 tarne



vt Paulus ait. Idemque manifestissime fateatur, factores, non auditores uerbi iustos esse apud Deum. Sed & ipse Christus apertissime id ipsum testatur cum diceret, Non omnis qui dicit mihi Domine Domine, introibit in regnum celorum, sed qui fecerit voluntatem patris mei. Quod si regnum coeleste obueniret ijs, qui sola fide contenti, luxuria diffluunt, ac delicate & molli- ter uiuunt: sane ea ratione stultitiae arguendi essent Apostoli, & omnes electi DEI: quippe qui (vt isti opinantur) dissolute uiuendo aeternae uitae sortituri erant haereditatem: nihilominus corpus suum castigabant, & in seruitutem redigebant laboribus plurimis, uigilijs, ieiunijs, a carne & uino abstinentes, orationi instabant, nocte etiam ad confitendum nomini Dei surgentes. Alij (vt Paulus ait) circue- runt in pellibus caprinis, egentes, angustiat, afflicti in solitudine, errantes in montibus & speluncis, & in cauer- nis terrae, prouidentes bona non solum coram DEO, sed etiam coram om- nibus hominibus, ab omni specie ma- li abstinentes, aded vt Paulus do- ctor gentium diceret: Si esca scanda- lizat fratrem meum, non manducabo carnem in aeternum, ne fratrem meum scanda-

*Ephe. 4.*  
*Roma 2.*  
*Matth. 7.*  
*Argumen-  
 tu contra  
 eos qui fide  
 mortuam  
 iactant.*  
*1. Cor. 9.*  
*2. Cor. 11.*  
*Danie. 10.*  
*1. Tim. 5. 6*  
*Roma. 12.*  
*Psal. 118.*  
*Hebra. 11.*  
*Roma. 12.*  
*1. Thess. 5.*  
*1. Cor. 8.*

*Tertul. de  
ieiunio ad-  
uersus Phy-  
sicos.*

*Aliud ar-  
gumentū.*

*Psal. 36.*

*2. Cor. 6.*

*Matth. 7.*

*Mat. 5. 19.*

*Notantur  
homines  
eius seculi.*

*Prover. 2.  
Esai.*

scandalizem. Harum actionum piarum & aliarum plurimarum evidētissima extant in literis sacris, scripturisque grauisimorum authorum testimonia & exempla, quæ si recensere vellem, tempus me deficeret. Adhæc si credentes solum regnum Dei possessuri essent, & non etiam declinantes à malo, facientesque bona, id quod Psalmographus faciendum præcipit: certè Paulus Spiritu Dei loquens, mendacij notandus erit, quòd diceret: Nolite errare, neque fornicarij, neque adulteri, neque molles, neque fures, neque auari, neque ebriosi, neque maledici, neque raptores regnum Dei possidebunt. Quin & ipse Christus, cum diceret, latam esse viam & spaciosam, quæ abducit ad exitium, angustam verò portam & strictam, quæ ducit ad vitam, ad eamque ingressuris mandata Dei seruanda præciperet. At hæc CHRISTO & sanctis tribuere, nefandum esse & impium, nemo nisi impius ipse negauerit. Hoc verò seculo maligno, vitia prædicta plurimi non solum non fugiunt, verumetiam in illis mirum in modum sibi blandiuntur, latanturque, cum ea fecerint, passimque sicut Sodoma & Gomorra prædicant. Eos item, qui ea patrant, amant,

amant  
nos, si  
piens a  
disi  
bere la  
quit  
tium,  
henter  
perseq  
bili co  
bulan  
nistrat  
minat  
uarus  
cus, au  
modi  
miner  
ptione  
est, q  
fit pro  
semet  
suo ar  
qui ho  
percip  
conce  
in pro  
temni  
sus P  
vente  
qualic  
& sa

amant, prouehunt. Contra ab ijs alienos, sibi ad videndum quoque (vt Sapiens ait) graues ducunt, quod vita illis dissimiles sint. At contrarium fieri debere sacrae literae innuunt. Odiui (inquit Psalmographus) cœum malignantium, & cū impijs non sedebo. Detrahentem secretò proximo suo, hunc persequabar. Superbo oculo & insatiabili corde, cum hoc non edebam. Ambulans in via immaculata, hic mihi ministrabat. Et Paulus, Si is, qui frater nominatur inter vos, est fornicator aut auarus, aut idolis seruiens, aut maledictus, aut ebriosus, aut rapax, cum huiusmodi ne cibum capiat. Hæreticū hominem post vnam & secundam correptionem deuita, sciens quia subuersus est, qui eiusmodi est, & delinquit cū sit proprio iudicio cōdemnatus. In semetipsum scilicet sententiam ferens suo arbitrio de Ecclesia recedendo. At qui hoc seculo homines animales non percipientes ea quæ sunt spiritus, hæc contemnunt, iuxta illud: Impius cū in profundum peccatorū venerit, contemnit. De ijs illud Tertulliani aduersus Psychicos dici possit, D E V S tibi venter est, & pulmo templum, & aqualiculus altare, & sacerdos cocus, & sanctus spiritus nidor, & condimentum.

V men

Sap. 2.

Psal. 25.

Psal. 100.

1. Cor. 5.

Titum. 5.

Prover. 18.

434 DE CORRVP. MOR.  
menta charismata, & ructus propheta. Et paulò post, Apud te Agape in acabis feruet, fides, in culinis calet spes, in ferculis iacet charitas: Hac ille. Ceterù dū hæc loquor, ne quispiã fidei, id quod eius est, per me detractum putet. Scio enim quid illius sit. Qua de re verborum dissertio in assertione, qua ostendit secundum doctrinam Pauli, charitatem præstantiorem esse fidei, etiam in hac vita: quæ assertio est Craconia typis excusa. Illud autem magis deplorandum est, quòd ea vitia & dogmata tantum inualuerunt, vt remedia pati non possint. Nam si forte aliqui probi & docti, ad ministerium verbi diuini iuxta ordinem Ecclesiæ vocati, voce (iuxta præceptum diuinum) exaltata vt tuba, scelera eorum & dogmata pestifera proscindant, firmisimisque rationibus conuincant, exemplo infamantur, atque exploduntur, ab ijs etiam, qui vix à primo (quod aiunt) limine literas sacras salutarunt, imò ab analphabetis, aures etiam suas exemplo Iudæorum contentibus, & quasi furore percitis, iuxta dictũ Psalmographi: Furor illis secundum similitudinẽ serpentis, sicut alpidis surdæ, & obturantis aures suas, que non exaudiet vocem incantantium de

*Vitia eius  
seculi remedia  
pati nõ  
possunt.*

*Psalm. 52.*

venefici  
uersum  
in repr  
scipum  
esse vis  
(inqu  
quater  
do vit  
perito  
cũ ner  
quas n  
sum ta  
piter h  
versat  
ligam  
go id  
quæ in  
de diff  
enim  
piens  
prude  
tes est  
bisime  
tua ra  
contra  
lũ exa  
nes &  
homin  
ceteri  
nio tu  
quos

verb

venefici incantantis sapienter. O per-  
 uersum, & insanum iudiciū, o mentem  
 in reprobum sensum datam. Tu qui di-  
 scipulum te profiteris, supra magistrū  
 esse vis? At id Christus negat. Non est  
 (inquit) discipulus supra magistrum,  
 quatenus scilicet opera illius in discen-  
 do utitur. Nā qua ratione imperitus de-  
 perito iudicium rectum ferre poterit,  
 cū nemo bonus iudex sit earum rerum  
 quas non nouit? At dices fortasse: Non  
 sum tam hebeti, neque tam ingenio tur-  
 piter hirto, ut quamuis in literis sacris  
 versatus non sim, minimē tamen intel-  
 ligam ea de quibus differitur. Non ne-  
 go id quidem, quin assequi poteris ea  
 quæ intellectu sunt facilia: Caterūm  
 de difficilibus aliter sentiendū est. Non  
 enim frustra scriptura monet, Ne sis sa-  
 piens apud temeripsum. Ne innitaris  
 prudentiæ tuæ. Et alibi: Væ qui sapien-  
 tes estis in oculis vestris, & coram vo-  
 bismetipsis prudentes. Potest equidem  
 tua ratio ea dictare, quæ peritis, & Deo  
 contraria sunt, præsertim, cū sicut cœ-  
 lū exaltatum est à terra, ita cogitatio-  
 nes & viæ Dei à cogitationibus & vijs  
 hominū, ut est apud Esaiā. Quod si de  
 cæteris reb<sup>9</sup> & sciētijs tibi ignotis, inge-  
 nio tuo minimē fidis, verū pericissimos  
 quosq; conuulis, neque vni eorum satis  
 V 2 fidens,

*Iudex bo-  
 nus quis.  
 Mar. 10.*

*Solutio ob-  
 iectionis.*

*Prouer 2.  
 Esai. 2.*

*Psal. 55.  
 Scripturaz  
 diuinaz ar-  
 tē oēs pas-  
 sim sibi vñ  
 dicāt. cæte-  
 ras artes  
 non uent-*

fidens, plures in consilium adhibes, suo iudicio diffusus, cum isto ipsum in negotio religionis facere contemnis? cum hic error periculosissimus sit, quem æterna animæ damnatio manet.

*In literis sacris & religione quædam intellectiva difficultia.*

*2. Pet. 2.*

Et in religione literisque diuinis plura sint intellectu difficultia, quarum etiam omnia arcana non temerè omnibus sunt communicanda, testante idipsum scriptura diuina. In epistolis Pauli (inquit Petrus Apostolus) sunt quædam difficultia intellectu, quæ indocti et instabiles deprauant, sicut cæteras scripturas, ad suam ipsorum perditionem.

Quod non sine nostro magno malo in his perturbatoribus religionis experitur Ecclesia. Paulus item cum dixisset.

1. Corinth. 2. Sapientiam loquimur inter perfectos, cap. 3. subdit: Tanquam paruulus in Christo, lac potum dedi vobis, non escam. Nondum enim poteratis, sed ne nunc quidem potestis. Et ad

*Hebræ. 5.*

Hebræos 5. Perfectorum solidus est ci bus, id est, perfecta altiorum mysteriorum intelligentia, eorum, qui pro ipsa consuetudine exercitatos habent sensus ad discretionem boni & mali. Esaias item cap. 28. ait. Quem docebit Dominus scientiam, & quem faciet intelligere auditum? ab lactatos à lacte, auul- sos ab vberibus. Rectè igitur ille Basi-  
lius

lius M  
perato  
insole  
super  
ctoren  
mè co  
menta  
na dec  
dem )  
nisi ch  
rit: sic  
gustan  
penitu  
huic se  
lam ar  
habita  
neque  
mi sui  
dò sec  
ritus  
potest  
ter dij  
tus co  
ribus  
Spiri  
Christ  
datur  
stus p  
dio, v  
ti fuer  
nego

lius Magnus, cum coram Valente Imperatore fidei suae rationem redderet, insolentiam cuiusdam Demosthenis, super imperiales epulas constituti, doctoremque mundi culpantis seuerissime coercuit: Tuum est, inquit, de pulmentarijs cogitare, non dogmata diuina decoquere. Nam sicut (docente eodem) in cera quis scribere non potest, nisi characteres impressos ante deleuerit: sic nec anima, diuina dogmata degustare, nisi pristinos ex animo mores penitus exuerit, cum (suffragantibus huic sententiae literis sacris) In maleuolam animam non intrabit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis: neque animalis homo, qui scilicet animi sui sensum ac libidinem tantummodo sequitur, percipit ea quae sunt spiritus: Stultitia enim est illi, & non potest intelligere, id quod spiritualiter dijudicatur. Sed iam fortasse tacitus cogitas, te Christianum, neque moribus aded corruptis esse, atque ob id Spiritus sancti minimè expertem, quem Christus Iesus Deum patrem promissit daturum petentibus eum. Idemque Christus pollicitus se adfuturum in medio, ubicunque duo vel tres congregati fuerint in nomine eius. Neque ego nego ista esse vera quae dicis: hinc tamè

*Histor. eccl.  
trip lib. 7.  
cap. 36.*

*Epist. de vi  
ta solit.*

*Sapient. 1.*

*1. Cor. 2.*

*Solutio ob-  
iectionis eorū  
qui temerè  
vsurpā sibi  
interpretationem di-  
uinae scri-  
pturae.*

*Luc. 12.*

*Matth. 14.*



minimè colligis, quod vis. Nam sacre  
 scripturæ loci in medium à me produ-  
 cti, etiam de Christianis loquuntur,  
 qui tibi similes esse potuerunt: & verbi  
 Christi à te citata, non tam de Spiritu  
 sancti dono ad salutem vnicuique ne-  
 cessario, quàm ad utilitatem Ecclesie  
 generaliter pertinente, intelligenda  
 sunt. Quorum enim Paulus dixisset:  
 Ipse dedit quosdam quidem Aposto-  
 los, quosdam autem Prophetas, alios  
 verò Euangelistas, alios autem Pasto-  
 res & doctores, ad consummationem se-  
 culi. Et alibi, cum recensuit varia dona  
 hominum in Ecclesia, quæ operatur v-  
 nus atque idem spiritus diuidens singu-  
 lis prout vult, adiecit: Nunquid om-  
 nes Apostoli? nunquid omnes Prophe-  
 ta? nunquid omnes doctores? nunquid  
 omnes gratiam habent curationum?  
 Diuus Iacobus quoque ambitionem in-  
 anis tituli & doctrinarum varietatem  
 inhihet (alioqui sese Paulus doctorem  
 gentium iure appellat) Nolite (inquit  
 Iacobus) plures magistri fieri fratres  
 mei. Quibus verbis inultorum effre-  
 nem inhihet audaciam, qui statim ut e-  
 rant baptizati, temerè docedi alios mu-  
 nus vsurpabant, ita, ut quidam Antio-  
 chia profecti dicerent, non esse sine cir-  
 cuncisione salutem. Quales et Paulus no-  
 tat:

*Eph. 4.*

*1. Cor. 12.*

*Tit. 2.*

*Iacob. 3.*

*Act. 15.*

*1. Tim. 1.*

tat: C  
 uerfi  
 se legi  
 que qu  
 affirm  
 sionem  
 ne succ  
 tur (e  
 script  
 luti &  
 priam  
 Chris  
 stiana  
 Nō ig  
 ad rel  
 ptura  
 neque  
 tracta  
 (doce  
 mo &  
 obrut  
 dum  
 adier  
 ptura  
 argum  
 qui d  
 peram  
 eaque  
 atque  
 re cor  
 stum



tar: Quidam (inquit) aberrantes con-  
uerſi ſunt ad vaniloquium, volentes eſ-  
ſe legis doctores, non intelligentes, ne-  
que quæ loquuntur, neque de quibus  
affirmant. Quod verò Chriſti promiſ-  
ſionem attinet, qua ſe tribus in nomi-  
ne ſuo congregatis ad futurum pollice-  
tur (ex quo loco Nouatianus ſibi veram  
ſcripturæ intelligentiam arrogabat, ve-  
luti & hodie plurimi faciunt) D. Cy-  
prianus martyr ab hac promiſſione  
Chriſti ſecludit hæreticoſ pacis Chri-  
ſtianæ & vnitatis Eccleſiæ turbatores.  
Nō igitur illotis manibus (quod aiunt)  
ad religionis Chriſtianæ myſteria ſcri-  
pturamque diuinam accedendum eſt,  
neque illa pro ſuo arbitrio vnicuique  
tractanda propterea magis, quod ſit  
(docente quodam ſcriptore grauifſi-  
mo & vetuſtiſſimo) ſimilis imagini  
obrutum circumagenti. Quemadmo-  
dum enim illa ex quacunq; parte eam  
adieris, te aſpicere videtur: Ita & ſcri-  
ptura bonis & malis ſe præbet. Cui rei  
argumento ſunt omnes ferè hæretici,  
qui dogmata ſua, ſcriptura ſacra per-  
peram intellecta corroborare nituntur,  
eaque trūcatim citata, perinde faciunt  
atque funem ex arena quiſpiam neſte-  
re conetur. Id quod & diabolus Chri-  
ſtum tentans, feciſſe legitur, ſcriptura

*Solutio ob-  
iectionis.*

*Nouatianus  
De ſimp.  
præ.*

*Scriptura  
ſacra cui  
ſimilis.*

*Hæretici.*

*Matth. 4.*



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

*In cerdones  
muliercu-  
las scriptu-  
ram inter-  
pretantes.  
Nouatus, si  
de lapsus.*

*1. Cor. 10.  
Mandatum  
Regis Gal-  
lie.*

*Gagneius.*

ab eodem vicissim conuictus. Quod si plurimi hæreticorum, scripturarum sacrarum periti, foedè & grauius lapsi sunt, adeò, vt inter cæteros Nouatus homo alioqui peritus, ex locis epistolæ ad Hebræos malè intellectis negauerit, semel in peccatum post baptismum prolapsos ad pœnitentiam recipiendos: quis spõdere sibi audeat fabros, in cerdones, mulierculas, pueros nequaquã ex scripturis offensum iri malè intellectis, suoque idiomate versis, præsertim quum nullã sacrarum literarum expositionem admittant, nudamque velint apprehendi scripturarum literam? Quis, inquam, & eos securos reddat, & nos suæ securitatis certos faciat? vel eò magis, quòd dicat Apostolus: Qui stat, videat ne cadat. Quamobrem rex Gallorũ Christianissimus, & prudentissimus Parisiorum senatus, cum videret eo modo grauem in negotio religionis afferri errorũ materiam, inhibuisse aliquando fertur, ne passim sacra Biblia vanirent, aut ederentur veraculo sermone conuersa, idque forsitan non ineptè, præsertim cum vniuersorum bibliorum lectio, & intelligentia, ad salutem necessaria omninò non sit. Alioqui multi indubiè viri boni & simplices damnationis rei essent. Neq;

verò

verò recens id decretum est. Nam et apud Iudæos ad principium Genesis, & exordium finemque Ezechielis, nemo ante triginta annos natus admittebatur. Quod si quispiam legere cupit, id faciat velim adhibitis in obscuriora loca orthodoxorum & catholicorum, non sectariorum expositionibus. Qua de re nos in Scopo nostro Biblico latius scripsimus. Illud verò hoc loco non prætermittendum videtur, hanc scilicet arrogantem hominum licentiam, & libidinem in scripturis interpretandis, doctoribusque seu concionatoribus censendis, ab Apostolo prædictam esse, quò magis caueatur: Erit (inquit) tempus cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros, prurientes auribus, & à veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur. Quibus verbis designat, quæsituros olim homines doctores eos qui sibi adblandiantur, impunitatem promittentes, & leniter aures scalpentes: non veritate, & gehennæ terrore rodant. Cui non dissimile est illud Ieremias: Prophetæ tui viderunt tibi falsa & stulta, nec aperiebant iniquitatem tuam ut te ad poenitentiam prouocarent. Quæ verò hoc malum hisce tēpo-

*Iudæorum decretum.*

*Hieron. ad Paulinum.*

*Licentia hominū in cēsendis doctoribus olim à Paulo prædicta. 1. Tim. 4.*

*Expositio verborum Pauli.*

*Threno. 3.*

*Dementia  
hominum  
eius seculi.*

ribus latè serpsit, & auctū sit, in confesso est. Nā plurimi hominum eō dementiæ peruenerunt, vt si quispiā noui aliquid proferre, & quæ antea semper in bonis ac salutaribus habita sunt, in contemptum adducere aufit, in huius sententiam mox pedibus eunt, huic applaudunt. Quod ille cōtemptui habet, & id illi citra vllum iudicium nihili ducunt, etiam si ne id quidem illis constet quam ob causam, quā ve ratione illis spernendum sit. Doctores contra tales plurimos inuenias, quales olim in literis sacris, suis quasi coloribus depicti sunt. Referunt enim illæ, eos suo ventri seruire, verbum Dei falsificare, eoque ad questum suum abuti, secundum desideria sua ambulare in impietatibus, seipso segregare, à Spiritu Dei alienos, dominos spernere, in præditos potestate maledicta congerere, sectas non metuentes introducere, CHRISTI gratiam transferre in luxuriam, per dulces sermones & adulationes, corda innocentium seducere, vt merito in scriptura diuina nominentur fluctus ferimaris: quod inquieti, & tumidi pacem Ecclesiæ impugnent: sidera item errantia, quod in doctrina sibi nō contentent, sed diuersa doceant. Quam leuitatem nostro seculo princeps quidam in

*Doctores  
seu concionatores  
eius seculi.  
Rom. 16.*

*2. Cor. 4.  
Iudas Apostolus  
solus in canonica.*

*Iudas in epistol.  
Leuitas quorundam  
in religione.*

metuentes introducere, CHRISTI gratiam transferre in luxuriam, per dulces sermones & adulationes, corda innocentium seducere, vt merito in scriptura diuina nominentur fluctus ferimaris: quod inquieti, & tumidi pacem Ecclesiæ impugnent: sidera item errantia, quod in doctrina sibi nō contentent, sed diuersa doceant. Quam leuitatem nostro seculo princeps quidam in

in vicinis suis macula hæreseos inu-  
 stis, irrississe fertur, dicens: se scire  
 quid illi anno transacto de religione  
 sensissent, futuro verò quid sensuri es-  
 sent, sibi ignotum esse. Talibus do-  
 ctoribus nostro seculo suboriri & pul-  
 lulare impunè incipientibus, succreue-  
 re deinde hæses, quotidieque exori-  
 untur, vt vix inuenire queas, cui cum  
 altero in vniuersum cõueniat. Is nam-  
 que hæreticorum mos esse fertur, quo-  
 ties in vno pietatem contempserint,  
 & à via veritatis aberrauerint, in mul-  
 tos & varios errores labuntur. Vni-  
 formis enim est res veritas, mendaci-  
 um autem in varia distrahitur. Cæ-  
 terùm hæses nostrorum temporum,  
 nunc nec recensere, nec refellere volo:  
 tamen si qui volet, cum illo conferam,  
 hoc vnum testatus, & si ipse defice-  
 rem, non defuturos tamen in ea re vi-  
 ros doctissimos, & orthodoxos, quo-  
 rum aliqui hæc dogmata scripturis  
 confutarunt, neque Ecclesiam, ad-  
 uersus quam ne portæ inferi præua-  
 lebunt, dicente CHRISTO. Illud  
 potius dicam, quænam mala has do-  
 ctrinas pestiferas subsequantur. Cùm  
 magnum & firmum vinculum sit  
 religio, plurimi his dogmatibus  
 ad ipsam factionem & bella intestina

*De hæresi-  
bus eius se-  
culi.*

*Mos hære-  
ticorum.*

*Veritas  
Mendaciū.*

*Matth. 16.*

*Quæ mala  
sequantur  
pestiferas  
doctrinas.*

V 6 attrahi

*Bellum ru-  
sticorum in  
Germania.*

attrahi solent: cuius rei testis est Ger-  
mania, in qua anno ab hinc 32. intra 3.  
ferè menses, in conflictu supra centena  
millia rusticorum trucidata sunt, qui  
ob libertatem Christianam false illis  
prædicatam, bellum contra dominos  
mouerāt. Nec dissimile postea bellum  
ab Anabaptistis in V Westphalia anno  
ab hinc 22. excitatum est. Et alia præter  
hæc etiam in alijs prouincijs. Proinde  
ille qui eius rei caput fuerat, fertur co-  
actus fuisse aliquando pontificis re-  
gnum, & monachorum, quod vocat, in  
urbibus, quæ maxima illi credebant,  
desiderare. Ita illi animos audientium  
afficiūt, eosque affectus in eis excitant.  
Ob quam rem aliquando indoluisse le-  
gitur Erasmus ille Roterodamus re-  
stis oculatus, quem hic honoris ac di-  
gnitatis causa nomino. Neque solum  
factiones, bellaque pestifera praua hæc  
dogmata & olim & nunc excitantur,  
sed & alia mala inuexerunt, talia certè,  
qualibus anno ab hinc ferè millesimo  
centesimo Basilius ille Magnus vigen-  
te hæresi Arriana, vt opinor, Ecclesiam  
afflictam fuisse questus est, inter cæte-  
ra inquiring: Domus orationum con-  
clusæ sunt, vacua altaria spiritali cul-  
tu, non est oblatio, neq; suffumigium,  
prophanata sunt sacra, permissum est  
docere

*Vide quid  
peperit bo-  
no doctori  
fucus liber-  
tatis.*

*Factiones.*

*Basil. epist.  
96. 70.*

*Non tã ouũ  
ouo simile  
est quã hæc  
ijs quæ hoc  
seculo agun-  
tur.*

docere  
giunt d  
velut ad  
sunt pie  
pietatis  
talis, v  
ambula  
admon  
bertate  
lut scit  
cogitat  
fide sen  
occulat  
citas c  
quod n  
punitur  
patrum  
ga pres  
& totis  
ant hi c  
est fide  
pri sun  
induct  
uiores  
episcop  
tera ill  
quom  
quã  
tem m  
bertat  
bertas

docere

docere omni blasphemæ linguæ: fugiunt domos orationum populi sani velut doctrinæ impietatis locos: euerfa sunt pietatis dogmata, confusæ sunt pietatis leges, periit authoritas sacerdotalis, vnusquisque in voluntate cordis ambulat, prauitas immensa est, populi admoneri nolunt, præfides dicendi libertatem non habent: à quibusdam velut scutum mutui inter ipsos belli, excogitata est defensio rectæ videlicet de fide sententiæ, & proprijs inimicitijs occultatis, pro pietate gerere se inimicitias confingunt. Vnum est crimen, quod nunc vehementer damnatur, ac punitur, diligens obseruatio traditionũ patrum, ob hoc fugantur patrijs pij, fugæ presbyterorum, fugæ diaconorum, & totius cleri depopulationes, fluctuant hi qui modicæ sunt fidei, ambigua est fides. Episcopi ex sola calumnia rapti sunt, & nulla probatione criminũ inducta supplicijs traduntur. Qui grauiores blasphemias protulit ad populi episcopum, potior habetur: hæc & cætera ille. Quæ vitia, & alia præter hæc quomodo hodie regnent, notius est, quam vt à me dici possit. Horum autem malorum causa & caput fuit libertatis fucus ab istis prædicatus. Libertas enim Christiana beneficio Christi

*Nota.*

*Traditio Patrum.*

*Presbyterorum fuga.*

*Libertas Christiana in quibus consistit.*



- 1 *Luc. 1.*  
*Roma. 8. 2.* sti collata, in quinque rebus potissimum consistit: primò, quòd passione eius liberati sumus à peccatis & reatu eorum. Ipse enim (ait angelus de Christo) saluum faciet populum suum à peccatis eorum. Et Paulus: Nihil ergo, damnationis est his, qui sunt in Christo Iesu.
- 2 *Rom. 7.* Secundò à tyrannide concupiscentiæ & fomitis intus in nobis habitantis, de quo Apostolus: Quis me liberabit de corpore mortis huius? gratia Dei per IESVM CHRISTVM.
- 3 *Ioan. 12.*  
*Ioan. 16.*  
*Aug. ser. 7. de tempore* Tertio, à tyrannide diaboli & mundi & irritamentis eius, iuxta illud Christi: Nunc iudiciũ est mundi, nunc princeps mundi huius eijcietur foras. Et alibi: Confidete, quia ego vici mundum. Post Christi enim gratiã non iam irrumpit in fideles tanquã tyrannus, sed tanquã malignus veterator, alliciens potius quã impellens.
- 4 *Gal. 5.* Quarto, à iugo legis Mosaicæ & circuncione, quantum ad cæremonialia, & iudicialia. Qua de re passim in literis sacris extant testimonia.
- 5 Quintò, omnes ferè renatos à legis moralis dominio, ne scilicet ipsa quasi cogens & prædominans, & nos coacti agamus, quod ipsa agendum præcipit, sed ex amore & voluntariè. Dicit enim Apost. Si spiritu ducimini, non estis sub lege. Quibus



b<sup>o</sup> verbis innuit, eos quos afflauit Chri-  
 stiana charitas, non esse obnoxios legi,  
 eò quòd plus præstant suapte sponte  
 quàm lex metu pœnæ possit extorque-  
 re, vt Paulino dogmati dictum Aristo-  
 telis sit consentaneum, qui rogatus à  
 quodam, quid fructus sua illi philoso-  
 phia attulisset. Vt ea (inquit) spontè fa-  
 ciam, quæ plerique legum metu coacti  
 faciunt: in quam sententiam & illud  
 dictum: Iusto nō est lex posita. Hac igitur  
 libertate quintuplici beneficio Chri-  
 sti donati sunt Christiani. Non autem  
 vt liberi sint à seruitute iustitiæ. Id  
 quod Paulus apertè docet. Cùm enim  
 indicasset Galatis, eos liberos esse ab o-  
 neribus Moisaicæ legis, cauens ne si-  
 bilicentiam desumerent, et occasionem  
 in libertatem carnis, nec legi charita-  
 tis deseruirent, & præceps Dei mo-  
 ralibus, inquit: Vos in libertatem  
 vocati estis fratres, tantùm ne liberta-  
 tem in occasionem detis carnis, sed per  
 charitatem spiritus seruite inuicem. Om-  
 nis enim lex in vno sermone comple-  
 tur, Diliges proximum tuum sicut teip-  
 sum. In quam sententiam dixit & Pe-  
 trus: Quasi liberi & nō quasi velamen  
 habentes malitiæ libertatè, sed sicut ser-  
 ui Dei omnes honorate, fraternitatem  
 diligite, Deum timete, Regem hono-  
 rificate.

*Eras. Rote.*

*1. Tim. 1.*

*Galat. 5.  
 Expede ver-  
 ba Pauli et  
 Petri.*

*1. Petr. 2.*

*Mores here-  
ticorū eius  
seculi.*

*Potestas Ec-  
clesiæ.*

*Matth. 18.*

*Matth. 23.*

*Hebra. 13.*

*Deut. 17.*

*Potestas  
præsidum  
Ecclesiæ.*

rificate. Perbellè ille mores heretico-  
rum nostræ tempestatis expressit. Illi  
enim Euangelicæ libertatis prætextu  
ac velamine, omnem eneruant Ecce-  
siasticam potestatem et doctrinam. Id-  
que contra evidentissima sacræ scriptu-  
ræ testimonia. Si Ecclesiam non audie-  
rit (inquit Christus) sit tibi tanquam  
Ethnicus et Publicanus: vbi, vt antè o-  
stendi, de visibili Ecclesia Christum di-  
xisse sentiendum est. Huc pertinet et il-  
lud, Super Cathedram Moysis sedent  
scribæ & pharisæi, omnia ergo quæ-  
cunque vos iusserint seruare, seruare, &  
facite: secundum verò opera eorum no-  
lite facere. Et Paulus: Obedite præposi-  
tis vestris, & subiaccere eis: ipsi enim  
peruigilant, quasi rationem reddituri  
pro animabus vestris. Et Actuum 16.  
scribitur, quòd Paulus & Syllas trade-  
bant fratribus custodire dogmata, quæ  
erant decreta ab Apostolis. In veteri ve-  
rò lege, qui hanc obedientiam præsta-  
re nolebant, sacerdotis imperio, qui il-  
lo tempore ministrabat, neci dabantur.  
Porro præsides Ecclesiæ non solum  
dispensationis verbi Dei (veluti qui-  
dam non rectè opinantur) potestatem  
habere putandi sunt, sed & aliam, vt  
coercendi & excommunicandi. Quor-  
um enim Paulus fornicarium illum  
Co-

Cori-  
sum  
thana  
thio-  
bo, v-  
dum  
hi? E-  
euide-  
Mag-  
giū, c-  
cūm  
sanct-  
set.  
itas c-  
illi de-  
dubi-  
potel-  
decer-  
hæc  
gata  
cerno-  
Apo-  
cto &  
serua-  
renti-  
dicto-  
pene-  
endo  
ficat  
nem  
ad T

Corinthium excommunicasset? Quor  
 sum Alexandrum & Hymenæum Sa-  
 thanæ tradidisset? Quorsum ad Corin-  
 thios scribens diceret: Hęc absens scri-  
 bo, vt nō præsens durius agam secun-  
 dum potestatem, quā Dominus dedit mi-  
 hi? Hanc potestatem se habere Paulus  
 evidenti signo ostendit, cūm Elymam  
 Magum auertere volentem à fide Ser-  
 giū, cæcitate percussisset. Petrus item,  
 cūm in Saphiram & Ananiam spiritui  
 sancto mentientem sententiam dixis-  
 set. Quod si comperit Ecclesiæ pote-  
 stas coercendi, & potestas iuris dicendi  
 illi deesse non potest. Ac si quæstiones  
 dubiæ oriantur in Ecclesia, habet illa  
 potestatem iudicandi de ijsdem atque  
 decernēdi, idq; per Synodum. Et quod  
 hæc in spiritu sancto legitimè congre-  
 gata decernit, Spiritus ipse sanctus de-  
 cernere videtur, iuxta illud Concilium  
 Apostolorum, Visum est Spiritui san-  
 cto & nobis. Quem morē semper ob-  
 seruauit Ecclesia de quæstionibus sen-  
 tentiam in Concilijs ferendo. Ex præ-  
 dicto Concilio Apostolico liquet, esse  
 penes Ecclesiam potestatem constitu-  
 endorum canonum, ad vtilitatē et edi-  
 ficationem Ecclesiæ, non ad destructio-  
 nem. Quod ex dictis Pauli colligitur  
 ad Titum: Huius rei gratia (inquit Pau-  
 lus)

1. Cor. 5.

1. Tim. 1.

2. Cor. 3.

Act. 13.

Act. 5.

Potestas iu-  
ris dicendi.

Quæstiones  
dubiæ ab  
Ecclesia dis-  
cuiendæ.

Act. 15.

Canones.

Tit. 1.

lus)

o. R.  
 reico-  
 it. Illi  
 arextu  
 Eccle-  
 am. Id-  
 scriptu  
 audie-  
 quam  
 nte o-  
 um di-  
 et et il  
 sedent  
 quæ-  
 are, &  
 um no  
 rapofi  
 enim  
 dicitur  
 im 16.  
 trade-  
 a, que  
 ceri ve  
 rasta-  
 mi il-  
 antur.  
 olūm  
 i qui-  
 tatem  
 n, vt  
 Quor-  
 illum  
 Co-

lus) reliqui te Cretæ, vt ea quæ defunt  
 corrigas, & constituas per ciuitates  
 presbyteros, sicut & ego disposui tibi.  
**Potestas Ec** In summa, duplex potestas Ecclesie  
**clesie du-** esse comperitur, ordinis & iurisdic-  
**plex.** tionis. Quarum altera continet ministe-  
 rium verbi Dei, administrationem sa-  
 cramentorum, ecclesiarumque ordina-  
 tionem ad adificationem: Altera pote-  
 statem excommunicandi & coërcendi.  
 Hanc potestatem duplicem Ecclesia à  
 Christo traditam, verba Christi indicant,  
 Sicut misit me pater, & ego mit-  
 to vos. Accipite Spiritum sanctum:  
 quorum remiseritis peccata, remittun-  
 tur eis. Item, Euntes docete omnes gen-  
 tes, baptizantes eos. Item, Hoc facite  
 in meam commemorationem. Et il-  
 lud, Tibi dabo clauis regni cœlorum,  
 & quodcunque ligaueris super terram,  
 erit ligatum & in cœlis: & quodcun-  
 que solueris super terram, erit solutum  
 & in cœlis. Ab Apostolis deinde per-  
 petua successione Ecclesia Catholica  
 habuit, & nunc habet hanc potesta-  
 tem, idque cū signo impositionis ma-  
 nuum, & cæteris ritibus competentibus.  
 Vnde illud Apostoli. Noli negli-  
 gere gratiam quæ in te est, quæ data est  
 tibi per prophetiã cū impositione ma-  
 nuũ presbyterij. Item illud: Manus ne-  
 mi-

**Potestas Ec  
 clesie du-  
 plex.**

**Ioan. 20.**

**Matth. 28.**

**Luc. 22.**

**Matth. 16.**

**Potestas Ec  
 clesie à Chri-  
 sto per suc-  
 cessionem.**

**Ti. 4.**

mini citò imposueris. Hæc autem gratia non ex dignitate pendet ministrorum, sed ex mandato & ordinatione diuina. Id quod inter cætera manifestum est ex Paulo. Qui contrà ad Corinthios clamat, quòd æstimarunt gratiam baptismi à ministris, dicentes: Ego sum Pauli, ego Apollo, ego Cepha, quasi diuisus esset Christus, vel Paulus, vel Apollo pro illis crucifixi, aut in nomine Pauli, & non potius Christi baptizati essent. Cùm igitur à Christo non tantùm doctrina, verùm & opere, quasi per manus tradita nobis est Ecclesiastica ordinatio, qui hanc contemnunt, nescio cuius ordinatione possint habere verbi diuini, & sacramentorum ministros. A catholica enim Ecclesia, in qua solum est hæc successio, se segregarunt, Eò libertas ista brutalis perduxit plurimos huius seculi doctores, vt rectam ministrorum vocationem & ordinationem à sequacibus suis excluderint, & alia plurima mala inuexerint. Ob quæ maxima ex parte talia perpessi sunt, qualibus olim Iudæos afflictos Tobias testatur: Quoniã nõ obediui-  
 mus (inquit) præceptis tuis, idè traditi sumus in direptionem, & captiuitatem ad mortem, et in fabulam, et in impropertium,  
 omni-

*Gratia non  
ex dignita-  
te ministro-  
rum pen-  
det.*

*1. Cor. 1.*

*Iren. lib. 3.  
cap. 3.*

*Pœna Iu-  
daeorum.  
Iob. 3.*

omnibus nationibus, in quibus dispersisti nos. His calamitatibus etiam hinc temporibus videmus Iudæos premi. Neque tamē commouemur. Quin & Christianos. Quis enim nesciat Asiam, Africam, Græciam, (in quibus olim horrendæ hæreses & blasphemie fuerunt) nunc sub grauissimo Turcarum iugo gemere? Olim Iudæis terram promissionis ingressuris, expectauit Deus, vt iniquitates populorum illam inhabitantium complerentur. Non mirum est igitur, si nos multa perpetrantes, non mox puniat: præsertim cum benignitate sua plærunque ad pœnitentiam inuitare soleat. Quod si peccata peccatis cumulauerimus, verèdum est, ne, cum ad mensuram soli Deo cognitam peruenerint, illa quæ gentibus à Iudæis pulsas acciderant, nos etiam cum summa calamitate nostra experiamur. Iudicium enim à domo Dei, dicente Petro, incipiendum est. Dederunt aliquando operam nostro seculo Christiani principes, vt hæc dissidia aliquo modo, sine offensione pietatis componerentur, indictis ob eam rem aliquoties conuentibus, in quibus à ternis vtrinque Theologis, Christianæ legis veritas indagabatur, alternis diebus illi dixerunt & responderunt, præfidentibus

*Longanimitas Dei.*  
*Gen. 15.*

*Rom. 2.*

*1. Pet. 4.*  
*Cōuent<sup>9</sup> ob*  
*cōponenda*  
*dissidia Augustæ, ac de*  
*inde Ratisbonæ.*  
*Iou. 2. tom.*

bus quibusdam ad id delectis, nihil tamen profuere. Doctores enim isti, luce veritatis in arctum cōpulsī, illam simulare potius superbè malebāt, quàm ingenuè confiteri. Quorū etiam vela inexorabili peruicacia, & ferocis ingenij spiritu inflabant principes quidam, qui postea eius facti Deo pœnas luerunt. Extant disputationes doctissimorum virorum aduersus hæc dogmata typis excusæ: eas tamen isti cæco errore obdurati, & longa impunitate corroborati negligunt, aliasque disputationes de religione instituunt, an zelo religionis, nescio. Et vt maximè religionis, videant, ne is zelo Iudæorum similis sit, de quibus Paulus: Zelum quidem Dei habet, sed non secundū scientiam. Quoniam autem illi optimè docent, qui causas rerum ostendunt, proinde operapretium erit, si paucis causas hæresium enarrem. Harum (vt docti tradunt) sunt præcipuè, partim error mentis, prauitasque iudicij: partim philautia, hoc est, amor sui, omnium malorum fons & origo, atque adeò vt Augustinus dicit, referente Alfonso Viruesio, Babylonis ciuitatem & regnum diaboli constituens, quemadmodū charitas, quod omnium parens sit regnū Christi efficit, de qua Paulus: Sciētia inflat, cha-

*Doctores  
principes  
quidam no-  
tantur.*

*Disputatio-  
nes quorundam.*

*Rom. 10.  
Zelus non  
secundum  
scientiam.*

*Cause hæ-  
resium.  
Philautia.*

*1. Cor. 8.*

charitas ædificat. Proinde Paulus in catalogo prædicto vitiorum quæ futura inter Christianos postremis temporibus vaticinatur, ab amore proprio ceu ab vniuersorum capite incipit et in amorem voluptatũ definit, quas Ethnici philosophi escam malorum esse dixerunt. Qui enim amore sui plus a quo laborat, hic facillè alios contemnit, æmulatur, præ alijsque videri vult, atque ita noua dogmata facillè spargit. Philautiæ subijcitur ea causã hæresium, quã D. Cyprianus martyr ponit: Neque aliunde (inquit) hæreses oborta sunt, aut nata sunt schismata, quàm inde, quòd sacerdoti Dei nõ obtemperatur. Nec vnus in Ecclesia ad tempus sacerdos, & ad tempus iudex vice Christi cogitatur, cui si secundum magistrã diuinã obtemperaret fraternitas vniuersa, nemo aduersus sacerdotũ collegium quicquam mouere, nemo post diuinum iudicium, post populi suffragium, post cõepiscoporum consensum iudicem se iam non Episcopi, sed Dei faceret: nemo dissidio vnitatis Christi Ecclesiam scinderet, nemo sibi placens ac tumens seorsum foris nouam hæresim cõderet. Nisi si ita est, aliquis sacrilegæ temeritatis ac perditæ mentis, vt putet sine Dei iudicio fieri sacerdotem,

cũ

*Epistola. 3.*

*Cause heresi  
sũ secundũ  
Cyprianũ  
martyrem.*



cum Dominus in Euangelio suo dicat: Nonne duo passeres asse vaneunt, *Matth. 10.* & neuter eorum cadit in terram sine voluntate patris vestri. Cum ille nec minima fieri sine voluntate Dei dicat, existimat aliquis summa & magna aut non sciente, aut non permittente Deo in Ecclesia Dei fieri? & sacerdotes, id est, dispensatores eius, non de eius sententia ordinari? hoc est fidem non habere qua viuimus, hoc est, DEO honorem non dare, cuius nutu & arbitrio regi & gubernari omnia scimus & credimus, hac ille. *Cyp. epi. 9. lib. 4.* Quæ verba velim ab istis alta mente reponi. Videre est in arboribus, & his quibus anima vegetatiua inest, folia, *Principalis vni in triplici gradu viuentium* frondes, truncum, radices, ad vnam radicem ferri: inter animantia rationis expertia, & ea quæ ratione prædita sunt, vnum solere præesse. In Ecclesia verò, in qua omnia honestè & secundum ordinem Paulus fieri vult, vnusquisque pro suo arbitrio viuet? *1. Cor. 14.* Sed quis hic ordo erit? *Deuter. 17* Quin & in veteri lege, rebus, de quibus iudicare minoris notæ iudices non possent, pontificem Deus præesse mandauerat, cuius imperio qui superbiens obedire volebat, ex decreto iudicis moriebatur. *Authoritas pontificis in veteri lege* Sed quid opus est verbis? cum Christus id debe-

*Christus in  
Ecclesia vo-  
luit vnum  
præesse.  
Marci. 16.*

*Cyp. tra. 8.  
de sim. præ.  
Solutio ob-  
iectionis.*

*1. Cor. 3.*

*Ephe. 4.*

*Petrus cap.  
Ecclesie.*

*Tertullian.*

*Chrysof.*

*ubi idem nominat Petrum os Apo-  
stolorum, et verticem consortij totius:*

debere fieri ostendit, cum presentibus  
cæteris Apostolis, Petro se claves regni  
cælorum daturum pollicitus est, Ec-  
clesiamque suam super illum ædifica-  
turum. Præterea cum post resurrectio-  
nem suam illi gregem suum pascen-  
dum commisit, per eum quidem fuit autho-  
ritas prædicandi, baptizandi, et absolu-  
endi Petro cum cæteris Apostolis, penes  
vnum tamen erat principatus ad decla-  
randam vnitatem Ecclesie, ut beatus  
Cyprianus docet. Quamuis autem Chri-  
stum esse caput & fundamentum Ec-  
clesie minimè negandum, iuxta illud  
Pauli: Fundamentum nemo potest al-  
liud ponere præter id quod positum est,  
quod est Christus Iesus. Item Chri-  
stum Deus pater dedit caput supra om-  
nem Ecclesiam. Tamen ob id non ne-  
gandum est, Petrum fuisse caput Ec-  
clesie ministeriale, ut vocant, supraque  
eum ædificatam Ecclesiam, quatenus  
& ille in Christo fundatus & virtute  
eius solidatus est. Ita verba Christi, su-  
per Petrum scilicet ædificatam Eccle-  
siam, interpretatur Tertullianus, qui  
vicinus vixit Apostolorum tempori-  
bus, libro aduersus hæreticos: cum eo  
sentiant Chrysof. homil. 55. in Math.  
ubi idem nominat Petrum os Apo-  
stolorum, et verticem consortij totius:  
Cypri-

Cypri-  
locis  
sæ P  
47.  
trum  
cui S  
fiaru  
mè c  
tres  
dieb  
meu  
lij. I  
loru  
si C  
testa  
min  
lux  
nier  
mo  
nes  
dix  
fure  
fen  
Ecc  
diu  
sto  
Si  
tur  
fia  
cla  
tel

Cyprianus martyr epistola 3. et in alijs  
 locis: Orig: qui fundamentum Eccle-  
 siæ Petrum vocat: D. Ambro. sermo.  
 47. de fide Petri. Qui etiam ait, Pe-  
 trum primum fuisse inter Apostolos,  
 cui Saluator delegauerat curam Eccle-  
 siarum. Quod & ipse Petrus apertissi-  
 mè de se testatur, cum diceret: Viri fra-  
 tres, vos scitis quoniam ab antiquis  
 diebus Deus in nobis elegit, per os  
 meum audire gentes verbum Euange-  
 lij. Eius principatus in actibus Apосто-  
 lorum non pauca extant exēpla. Quòd  
 si Christus lux est mundi, vt ipse de se  
 testatur, tamen Apostolos eo cogno-  
 mine ipse dignatur: Vos (inquit) estis  
 lux mundi: & quod tibi minus conue-  
 niens videtur, Deum vnum esse, ne-  
 mo est qui nesciat, nihilominus homi-  
 nes in scripturis dij appellantur. Ego  
 dixi, dij estis: Quomodo igitur ab-  
 surdum & impium esse dici poterit,  
 sentire Petrum caput et fundamentum  
 Ecclesiæ, maximè, si hoc intelligatur  
 diuersa ratione, sicut & illa de Chri-  
 sto Apostolis, de Deo & hominibus?  
 Si tibi fastu tumènti indignum vide-  
 tur super Petrum ædificatam Eccle-  
 siam, cur non eadem ratione & de  
 clauibus regni cœlorum illi datis in-  
 telligis? quas tamen illi dandas Chri-  
 stus

*Cyprianus.  
 Origines.  
 Ambrosius*

*Act. 15.  
 Vide testi-  
 monium.  
 Petri de  
 seipso.*

*Ioan. 8.*

*Christus  
 lux mudi,  
 Apostolos  
 lucē mundi  
 esse dixit.  
 Math. 5.  
 Psal. 81.  
 Ioan. 10.*

*Si Petro cō-  
 cedis clauēs  
 regni cœlo-  
 rum, cur su-  
 per illū Ec-  
 clestiā ædi-  
 ficatam nō  
 fateris?*

X

stus

Itus manifestissimè dicit. Cùm igitur in Ecclesia, vt ante ostèdi, vnitas & ordo esse debet, ad eamq; requiritur præfidentia vnius superioris, quam ex veri & nouo testamento esse ostendi: constat in Ecclesia vnum debere esse summum Episcopum, præsertim cùm scriptura, maximè noui Testamèti ad hæc tempora etiam referatur, vt quod in ca-

*Rom. Pōtē-  
fex successor  
beati Petri,  
quod proba-  
tur grauis-  
simè et ve-  
rissimè  
vñ auctorū  
testimonijs  
Iren. lib. 3.  
ca. 3 contra  
hereses.*

pite præcessit, in mēbris sequatur. Est autem is (loquantur isti quicquid velint, ingeminent cachinnos) Romanus pontifex successor B. Petri principis Apostolorum. Qua de re Irenæus auditor Polycarpi Ioan. Euangelistæ discipuli ad eum modum scriptum reliquit, de episcoporum ab apostolis successione scribens: Maxime & antiquissimæ & omnibus cognita, à gloriosissimis duobus Apostolis Petro & Paulo Romæ fundatæ & constitutæ Ecclesiæ, eam quam habet ab Apostolis traditionem & annunciatam hominibus fidem per successiones Episcoporum peruenientem vsque ad nos, indicantes confundimus omnes eos, qui quoquo modo vel per sui placentiam malā, vel vanam gloriam, vel per cæcitatē, & malam scientiam præterquam oportet colligunt. Ad hanc enim Ecclesiā propter potentiorē principalitatē necesse est

*Ecclesia Ro-  
mana.*

se est  
hoc est  
qua se  
seruau  
tio, ha  
scribit  
nobis  
lix Ec  
postor  
Vbi E  
quatu  
man  
Eccle  
mani  
se. N  
mus  
ni tua  
nion  
difica  
agno  
Arriu  
tem  
ment  
omn  
cilio  
pi fu  
ceba  
filiu  
geni  
nus  
state

se est omnem conuenire Ecclesiam, hoc est, eos qui sunt vndique fideles, in qua semper ab his qui sunt vndiq; conseruata ea quæ est ab Apostolis traditio, hæc ille. Cui & Tertullianus subscribit: Habes Romam (inquit) vnde nobis quoq; authoritas præsto est, fœlix Ecclesia, cui totam doctrinam Apostoli cum sanguine suo profuderunt. Vbi Petrus Passioni dominicæ adæquatur. Cyprianus quoque martyr Romanam matricem & radicem Catholicæ Ecclesiæ appellans, affirmans item Romani Episcopi locum, Petri locum esse. Nec dissentit ab his D. Hieronymus ad Damasum scribens: beatitudi- ni tuæ, id est, cathedræ Petri commu- nione confocior, super illam petram ædificatam Ecclesiam scio. Istuc ipsum agnouit concilium Nicænum, in quo Arrius damnatus est. Florentinum item, cui interfuere etiam Græci, Armeni, Rutheni. Nec refert, quod non omnes ei assenserunt. Nam & in concilio Nicæno decem & septem episcopi fuerant quibus Arrij fides magis placebat, extrinsecus scilicet creatum Dei filium, non ex ipsa patris deitate pro- genitum. Habet autem Episcopus Roma- nus cum cæteris Episcopis parem pote- statem ordinis (de qua paulò antè dixi)

*Tertul. lib. aduersus hereses.*

*Romana Ecclesia.*

*Cyp. lib. 4. epistola. 8.*

*Hierony- mus.*

*Concilium Nicænum & Florentinum.*

*Solutio ob- iectionis.*

*Arrij fides.*

*Qualis pote- stas episcopi Romani.*



*Exemplū.*

Jurisdictionis verò maiorem. Cum-  
que singuli Episcopi sibi assignatos  
greges habeant, huic vniuersi sunt cre-  
diti: veluti cum paterfamiliàs seruis  
quidpiam pluribus faciendum deman-  
dat, vni tamen ex eis potestatem dat, vt  
in alios inspiciens, ad suam functio-  
nem ( si fortè cessent ) eos reuocet, ac  
prospiciat, ne quid detrimenti patri-  
familiàs eueniat. Ad eum modum dicta

*Hieron. ad**Euag.**Expositio  
diſtorum**Hierony.*

Hieronymi intelligenda sunt, ponti-  
ficem scilicet Romanum, quo ad pote-  
statem ordinis, esse parem, cum dice-  
ret, Episcopum siue Romæ, siue Eugu-  
bij, siue Constantinopoli, siue Alexan-  
driæ, siue vbiunque existentem, eius-  
dem esse meriti, eiusdem sacerdotij. A-  
lioqui ipse Hieronymus ad Damasum

*In eos qui**execrantur**Pontificem**Romanū.*

scribens ipse sibi contrarius esset. Por-  
rò huius seculi homines plurimi non  
tam commutandarum rerum, quàm e-  
uertendarum cupidi, sapientes, sed  
(quod Paulus damnat) non ad sobrie-  
tatem, quasi ab illis ( vt eiusdem Pauli  
verbis vtar ) verbum Dei processisset,  
& in eos solos peruenisset, alieni à sa-  
pientia, quæ de sursum est, pacifica, tra-  
ctabilis, bonis consentiens, vt D. Iaco-  
bus ait, eorum omnium obliti, episco-  
pum hunc agnoscentes, eumq; ipsum  
execrantur, maledictis incessunt, inter-  
dum

*Iacob. 3.*

scribens ipse sibi contrarius esset. Por-  
rò huius seculi homines plurimi non  
tam commutandarum rerum, quàm e-  
uertendarum cupidi, sapientes, sed  
(quod Paulus damnat) non ad sobrie-  
tatem, quasi ab illis ( vt eiusdem Pauli  
verbis vtar ) verbum Dei processisset,  
& in eos solos peruenisset, alieni à sa-  
pientia, quæ de sursum est, pacifica, tra-  
ctabilis, bonis consentiens, vt D. Iaco-  
bus ait, eorum omnium obliti, episco-  
pum hunc agnoscentes, eumq; ipsum  
execrantur, maledictis incessunt, inter-  
dum

dum nec manibus quidem temperant. Quo quidem modo dupliciter peccant. Primum, quod principi populi maledicunt. Id verò Deus fieri verat. Diuum Paulum aliquando poenituit, quod principi sacerdotum impio, sacri- lego & mandanti astantibus, vt Paulum percuterent, dixisset: Percutiet te Deus paries dealbate. Tu verò maiora his facere audebis? Michael archangelus, testante scriptura diuina, cum diabolo conuitijs digno de Moysis corpore altercans, non ausus illum blasphemare, tantum dixit, Imperet tibi Deus. Isti verò homines autoritate ac dignitate valentes, legationeque, vt Paulus ait, pro CHRISTO fungentes, maledictis proscindunt, blasphemant, ad nomen denique eorum spuunt. CHRISTVS tempore passionis ante pontificem alapa accepta nihil contumeliose dixit, sed innocentiam suam magis asseuerans & ostendens. Si malè (inquit) locutus sum, testimonium perhibe de malo: sin autem bene, quid me cædis? Tu verò homuncio diuersum facias? at CHRISTVS se tibi exemplum præbuit. Peccant deinde, quod episcopos contra dispositionem & traditionem Euangelij habent. Nam vt beatus martyr Cy-

*Duplex hec  
catū prosci-  
dentiū pon-  
tificem.*

*Exod. 22.  
Act. 23.*

*Michaël Ar-  
changelus  
Iudas ap.  
in epistola.*

*2. Pet. 2.*

*2. Cor. 5.*

*Christus.  
Ioan. 18.*

*2. Peccatū.*

- Epist. 3.* prianus ait: planè Episcopi non de voluntate Dei fiunt, qui extra Ecclesiam sūt. Sicut ipse Dominus apud Oseam dicit, Sibimetipsi regem constituerunt, & non per me. Et iterum: Sacrificia eorum tanquàm panis luctus, omnes qui manducant ea contaminabuntur. Et per Esaiam Spiritus sanctus clamat. Væ vobis filij desertores, dicit Dominus, habuistis consilium & non per me: & fecistis conuentionem, & non per spiritum meum. Sed & Christus in Euangelio non dissimilia his loquitur: Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit: qui me spernit, spernit eum qui misit me. Item illud sapius reperitum, Si Ecclesiam non audierit, sit tibi tanquàm Ethnicus & Publicanus. Quid verò prædicta vitia committētes, nisi resipuerint, maneat, notum est ex sequentibus. Maledici (inquit Paulus) regnum Dei non possidebunt. Et Christus: Qui dixerit fratri suo fatue, reus erit gehennæ ignis.
- Matth. 5.* Quid quod Core, Dathan, Abirō non diuersam religionem ab alijs secuti, solummodò aduersum Moysen & Aaron superbientes, seque cum sequacibus à cæteris Iudæis segregantes, omnes à terra absorpti, descenderunt viui in infernum aperti humo. Nec est cur mores

*1. Cor. 6.**Matth. 5.**Num. 16.**Exemplum**Core, Da-**than.*



mores episcoporum, si qui fortè sunt *Solutio ob-*  
 improbi, in medium proferant, cum *iectionis de*  
 propter peccata populi, teste Iob, finit *moribus*  
 Dominus regnare hypocritam. Et a- *Episcoporum.*  
 pud Elaiam Deus ipse dicat: Dabo pue *Iob. 35.*  
 ros principes eorum, & effœminati *Esaiæ. 5.*  
 dominabuntur eis. Neque ea quæ ge-  
 runt pro officio suo, pendent ex digni-  
 tate eorum, sed ordinatione diuina, vt  
 antè ostensum est. Prophetauit Cai- *Caiphas.*  
 phas homo sacrilegus & scelestus, non *Ioan. 11.*  
 ob aliud, nisi quòd esset pontifex anni  
 illius. Et notum est illud Christi antè  
 repetitum, Super cathedram Moy si se- *Matth. 23.*  
 derunt Scribæ & Pharisei, quæ ergo  
 dicunt facite, quod autem faciunt no-  
 lite facere. Quinquàm nec pontifici  
 aut cardinalibus credendum esset, si a-  
 liter nobis scripturas interpretarentur,  
 atque ab Apostolis & apostolicis uiris  
 sunt olim expositæ. Proinde Augusti- *Augu. epi-*  
 nus monuit olim suos, ne hereticis Do *Sto. 137.*  
 natistis crimina obijcerent, nisi quòd *Nota præ-*  
 non essent Catholici, ne similes sint *ceptu An-*  
 eis: qui (inquit) non habentes quod in *gustiat.*  
 causa suæ diuisionis defendant, homi-  
 num crimina colligere affectant. Vos  
 autè (ait) non ira didicistis Christum,  
 si tñ illū audistis, & in illo edocti estis,  
 quippe qui fideles suos securos fecit, e-  
 tiā de dispensatoribus malis, mala sua

*Constitutio  
pontificis.*

*Donatista.*

*Refelluntur  
obiectiones  
quædam.*

*1. Cor. 3.*

*1. Cor. 5.*

*Quid agen-  
dum in tā-  
tis vitijs.*

facientibus, & bona eius loquentibus, cum ait: Quæcunque vobis dixerint facite. Idemque (referente Alfonso Viruesio) Ecclesiam fecisse iudicat quicquid pontifices & Episcopi, cæteris Christianis non refragantibus, faciunt. Et hinc assumit potissimum medium argumentationis contra Donatistas, qui Ecclesiam Christi de toto orbe vbi futura promissa est, perijisse affirmarunt, & in Africa Donati parte remansisse. Quod verò isti nescio quæ diplomata pontificis proferunt. Ego ista in scio etiam pontifice (vt fit) à stultis lucrigratia stulta petentibus dari credo. Veluti & alia quædam parcim calumnia dici, partim etiam quæ his inepta videntur, ea à doctis aliter iudicari. Nec mirum. Sapientia enim huius mundi, stultitia est apud Deum, vt Paulus ait. Cum igitur hoc seculo (vt eò se referat vnde digressa est oratio) tanta & tam detestanda fiant, nemo opinor negauerit, maiora esse hæc vitia illis quæ prioribus seculi fuere. In his igitur nos quid inflati erimus? At hoc olim Paulus in Corinthijs damnauit. Quin potius eodem suadente luctum habeamus. Sed quæ lamentatio his calamitatibus digna esse possit? Qui fontes lachrymarum tantis malis suffecerint?

Ita-

Iraque quod secundo loco propo-  
 tum fuerat videamus, quid in tantis  
 sceleribus, tamque diuersissimis do-  
 gmatibus homini agendum sequen-  
 dumque sit. Quod vitia sceleraque at-  
 tinet, nemo est adeo impudens atque  
 impius, vt magis putet sibi consilium  
 sequendum eorum, qui libertatem E-  
 uangelicam dant in occasionem carnis,  
 quam Christi, cui pater coelitus voce  
 emissa dedit auctoritatem docendo-  
 rum hominum, cum diceret: Hic est fi-  
 lius meus dilectus, in quo mihi com-  
 placitum est, ipsum audite. Introite per  
 arctam portam (inquit ille) quoniam  
 lata & spaciofa via, quæ abducit in exi-  
 tium, multi que sunt qui ingrediuntur  
 per illam, quoniam angusta est porta  
 & stricta via, quæ abducit ad vitam, &  
 pauci sunt qui inueniunt illam. Pauli  
 item doctoris gentium. Abijciamus (ait)  
 opera tenebrarum, & induamur arma  
 lucis, sicut in die honestè ambulemus,  
 non in comestationibus, & ebrieta-  
 tibus, non in cubilibus & impudici-  
 tijs, non in contentione & æmula-  
 tione, sed induamus Dominum Ie-  
 sum Christum, & carnis curam ne fa-  
 ciamus in desiderijs. Sicut exhibuimus  
 membra nostra seruire immundiciæ  
 & iniquitati, ita nunc exhibeamus

X 5 mem-

*Alterā pars  
 orationis.*

*Christi præ-  
 ceptum se-  
 quendum.*

*Matth. 17.*

*Matth. 7.*

*Roma. 13.*

*Pauli præ-  
 ceptum.*

*Roma. 6.*

*Quid sequē  
dum in di-  
uersis dog-  
matibus.*

*Opinio quo-  
rundam.*

*Exemplū.*

*Luc. 22.*

*Diuersa ex-  
positiones  
verbi Dei.*

*Viclefus.*

*Berengarius*

membra nostra seruire in iustificatio-  
nem. Stipendia enim peccati mors, gra-  
tia autem Dei vita æterna in Christo  
Iesu Domino nostro. Caterum inter  
tot religionis Christianæ dogmata, ea-  
demque diuersa, que infirmioribus an-  
cipitem cogitandi curam afferunt, ipsi-  
que animus illorum quasi distrahitur,  
quid sequendum est? Non desunt qui  
ad Dei verbum veluti ad sacram ancho-  
ram (quod aiunt) confugiendum cen-  
seant. Ego certè verbum Dei tanti fa-  
cio, quanti & illi, illudque perinde at-  
que illi credo mansurum in æternum.  
Caterum vbi vnū et idem verbum var-  
riè interpretantur multi, quid agendū?  
quis erit iudex eius litis? vt verbi causa  
verbum Dei est, Hoc est corpus meum,  
quod pro vobis tradetur. Hæc verba  
Christi quidam hoc modo intelligūt,  
vt substantia panis materialis & vini  
manerent in sacramēto altaris, hoc est,  
vt simul sit veraciter panis & caro  
Christi vinum & sanguis, quæ opinio  
fuerat Viclefi, quam & recentiores se-  
quuntur. Alij contrà asserūt, nō esse ve-  
rū corpus Domini, sed signum corpo-  
ris eius. Eius erroris author fuerat Be-  
rēngarius anno ab hinc 516. quē postea  
reuocauerat. Hūc deinde errorem reuo-  
cauerūt recētiores, de qua re cum aliquan-  
do

do in conventionē Martburgēsi dispu-  
 tarent viri octo à suis velut lumina ha-  
 biti, post disputationem redditi incer-  
 tiores, hæc inter cætera prodidere, vt re-  
 fert Ioannes à Lasko in libello à se in  
 lucem edito, vbi Germanicè & Latinè  
 hæc verba habentur: *Quoniam inter*  
*nos hæctenus non planè potuit conue-*  
*nire, num verum corpus & verus san-*  
*guis Christi pani & vino corporaliter*  
*insit, debet tamen nihilominus vtra-*  
*que pars altera erga alteram declarare*  
*Christianam charitatem, quatenus id*  
*omnino conscientia cuiusque ferre po-*  
*test, & vtraque pars Deum Optimum*  
*Maximum diligenter precabitur, vt is*  
*per spiritum suum, verum eius rei intel-*  
*lectum cõstabilire dignetur. Vides ista*  
*lumina de vno & eodem verbo diuer-*  
*sa sentire, sic & alia plurima sacrae scri-*  
*pturae loca variè ab illis exponi solent.*  
 Quo fit, vt verbo Dei, quod omnis con-  
 trouersia iudicem faciunt, dignosci nõ  
 possit, qui nam istorum veram habe-  
 ant ecclesiam, vt si qui forè sint qui-  
 bus nostra displiceat, illis accèdere pos-  
 sit. Nam de illius interpretatione est  
 inter illos altercatio. Apud vtrosque  
 autem, vel apud omnes ( in plurimas  
 enim sectas distrahuntur) simul Ec-  
 clesiam esse impossibile est, quippe

*Conuentio  
 Martburgē  
 sis, in qua  
 disputatum  
 de religio-  
 ne.*

*Nota verba  
 Doctorum.*

*Heretici  
 verbo Dei,  
 quod diuer-  
 se interpre-  
 tantur, non  
 possunt ostē-  
 dere Eccle-  
 siam.*



*Morbus hæreticorum.*

*Tertull. de  
pres. aduer-  
sus heret.  
Ad Eccle-  
siã catholi-  
cã cõfugien-  
dum in du-  
bijs.  
Esaia. 59.*

*1. Tim. 3.*

quæ vna sit. Illi autem alteri ab alteris non modo pro hæreticis, verùm pro furiosis, & rursus alij ab alijs pro idolatris vicissim habentur, omnes tamen iactant Euangelium, eo insultant sibimet & nobis. Quo quidem morbo, vt antè dictum est, laborabant semper hæretici. Qui etiam morbus Arrianorum tempore, totum ferè orbem infererat. Videre igitur licet ex hoc evidentissimo exemplo, in varijs dogmatibus non satis esse solum ad scripturam diuinam recurrere. Quid igitur faciendum? hærendum in ambiguo? at istud non est credere, sed diffidere, idque non sine maximo malo, damnatione scilicet æterna. Quorsum igitur, aut quousque progredietur tam perplexa contentio? Catholici & Orthodoxi nullum aliud perfugium in dirimendis litibus de negotio religionis agnoscunt, quàm Ecclesiam Catholicam, quæ nobis etiam diuinam scripturam tradidit, eiusque intelligendæ lumen habet, vt Deus apertè apud Esaiam testatur: Hoc foedus meum cum eis, dicit Dominus, spiritus meus, qui est in te, & verba mea quæ posui in ore tuo, non recedent de ore tuo, & de ore seminis tui, dicit Dominus, amodò in sempiternũ. Quomodo enim verè dici possit

fit Ecclesia columna & firmamentum  
 veritatis, si in controuersia, & dissen-  
 sione dogmatum vacillaret, nesciens,  
 quid esset & fugiendum aut acceptan-  
 dum? Quorsum enim illi promissus  
 fuisset Spiritus sanctus? Filius item Dei  
 dixisset, se permanfurum cum ea ad  
 cōsummationem seculi. Qua de re an-  
 te à nobis dictum est. Quæ per Deum  
 lex aut secta leuior esset Christiano-  
 rum lege, si cuius liceat impunè pro-  
 prio illam accōmodare sensui, & quic-  
 quid sibi visum fuerit, non de Spiritus  
 sancti (qui nemini vnquam post Apo-  
 stolos priuato homini promissus est)  
 arcano thesauro, sed de proprij cordis  
 abyssu, velut oraculum proferre? Ad  
 quid dixisset Christus? Si Ecclesiam nō  
 audierit, sit tibi tanquam Ethnicus &  
 Publicanus. Et Paulus: Denunciamus  
 vobis fratres in nomine Domini no-  
 stri Iesu Christi, vt subtrahatis vos ab  
 omni fratre ambulante inordinatè, &  
 non secundum traditionem quam ac-  
 ceperunt à nobis: & alia his similia.  
 Cur Apostoli (vt est in Actibus Apo-  
 stolicis) in vnum collecti de rebus con-  
 stituendis consultarūt. Quod si in quæ-  
 stionibus religionis vnus, & non Ec-  
 clesie Catholice iudicio standum es-  
 set, hac ratione certè non improban-

*Ecclesia fir-  
 mamentū  
 veritatis.*

*Ioan. 14.  
 Matth. vl.*

*Matth. 18.  
 2. Thess. 3.*

*Act. 1. 6. 15  
 21. 26.*

*Errores qua-  
 rundam.*



dus esset error Arrij, Christū esse crea-  
 turam afferentis, quod damnauit Con-  
 cilium Nicænum: Macedonij negan-  
 tis, Spiritum sanctum esse Deum, cuius  
 dogma in Concilio primo Constan-  
 tinopolitano confutatum est: Nesto-  
 rij quoque hæresis affirmantis in Chri-  
 sto duas personas, in Concilio Ephe-  
 sino damnata. At pars non est totum.  
 Præterea illi credere, qui nemini præ-  
 ter se credit, quo iure tenerur orbis. Au-  
 thoritatem Ecclesiæ Catholicæ in du-  
 bijs religionis Christianæ sequendam  
 & isti fatentur, toties Concilium in-  
 clamantes. Quamuis interim sibi non  
 constantes, constanter contra Conci-  
 lia faciant. Quamobrem temporibus  
 nostris principe quodam à doctoribus  
 quibusdā poscete, vt de scriptis docto-  
 ris sui, (in cui<sup>9</sup> ille verba ferè iurarat) iu-  
 diciū ferrent (nam ab alijs improba-  
 tum fuerat) synodiceq; constituerent,  
 quid ea in re tenendum sit, negarunt il-  
 li se facturos, nisi prius docti ex toto or-  
 be Christiano conuenirent, ne eo pa-  
 cto factum illorum in malū exemplum  
 traheretur, quò vnusquisque pro arbi-  
 trio suo dogmata in religione confinge-  
 ret. Eius rei (ne scilicet ab Ecclesia ca-  
 tholica deficiant) admonentur Chri-  
 stiani templis ad formam corporis hu-  
 mani,

*Concilium  
 inclaman-  
 tes.*

*De principe  
 quodam.*

*Forma tem-  
 plorum.*



mani extractis, in quibus cernere est, quasdā partes angustiores, caput: quasdā itē latiores, humeros, & reliquum corpus referentes. Nimirū vt credant fideles se esse membra corporis mystici vnus, quæ est Ecclesia, hoc est cœtus fidelium, cuius caput est Christus. Ea reigitur, vbi mortem oppetierint, in cœmiterijs ad templa corpora illorum sepeliuntur. Sed quam ratione ille membrum corporis mystici censendus est, qui ab ea seipsum subducit? diuersumque ab ea credit? Iam cū in symbolo profiteamur nos Ecclesiam catholicam credere, an non eius auctoritatem sequi velle nos, fatemur? alioqui quomodo crederetur illud, cuius auctoritas negligitur. In tanta igitur assertio- num varietate, ad Ecclesiam catholicam confugiendum est, quæ iudex est omnium contentio- nū: hæc hæresibus cunctis processu temporū euanescentibus, inter hæreticorū turbines & malorum Christianorū alluiones permanet, & in æternū permanebit, vtpotè aduersus quam neutra inferorum porta nec erroris, nec iniquitatis præualere potest. Qua de re Tertullianus vicinus tempo- ribus Apostolorum ad eum modū inter cætera scriptum reliquit in libro de præscriptionibus aduersus hæreticos.

Con-

*Ephe. 4.**1. Cor. 10.**Ecclesia  
Catholica.**Tertull.*

*Tertulliani  
verba ex-  
pende.*

Constat omnem doctrinam, quæ cum illis Ecclesijs apostolicis, matricibus & originalibus fidei conspirat, veritati deputandam, id sine dubio tenentem, quod Ecclesiæ ab Apostolis, Apostoli à Christo, Christus à Deo suscepit, reliquam verò omnem doctrinam de mendacio præiudicandam, quæ sapiat contra veritatem Ecclesiarum & Apostolorum & Christi & Dei, hæc ille. Qui etiam ibidem affirmat, veritatem dogmarum manifestari ex origine Ecclesiarum, & ordine Episcoporum, ita per successiones decurrente, ut primus ille Episcopus aliquo modo ex Apostolis vel apostolicis viris, qui tamen cum Apostolis perseuerauerit, habuerit authorem vel antecessorem, quod apud hæreticos non est. Huic subscribit Irenæus in loco paulò antè citato, & cap. 4. lib. 3. aduersus hæreses: Quæ autem (inquit) sunt Ecclesiæ, cum magna diligentia diligere & apprehendere veritatis traditionem. Quid enim etsi de aliqua modica quæstione disceptatio esset, nonne oporteret in antiquissimas recurrere Ecclesias, in quibus Apostoli conuersati sunt, & ab eis de præsentis quæstione sumere, quod certum & reliquidum est? Quid autem, si neque Apostoli quidem scripturas reli-

*Idem li. 4.  
c. 43. et 63.  
Nota ver-  
ba Irenæi.*

quissent nobis, nonne oportebat ordinem sequi traditionis, quam tradiderunt ijs, quibus committebant Ecclesias? cui ordinationi assentiunt multæ gentes barbarorum eorū, qui in Christum credant, sine atramento scriptum habentes per spiritum in cordibus suis salutem, & veterem traditionem diligenter custodientes. Hæc ille scriptor vetustissimus, qui cap. 3. lib. 3. dicit, se Polycarpum auditorem beati Ioannis Euangelistæ vidisse. Nec dissentit ab ijs D. Augustinus: Palam (inquit) est, quod in re dubia ad finem & certitudinem valeat autoritas Ecclesie, quæ ab ipsis fundatissimis Apostolorum sedibus vsque in hodiernum diem durans, succedentium sibi tot Episcoporum serie, & populorum consensione firmatur. Huc pertinet illud symboli in Concilio Constantinopolitano, contra Macedoniū congregato editi: Credimus Ecclesiam apostolicam & Catholicam, &c. Apostolica siquidem dicitur Ecclesia, quod Spiritus sanctus remittens peccata, nō alibi residet, quàm apud Ecclesiam apostolicam, ab Apostolis per successiones cōtinuatas procedentem, quibus Apostolis dictum est, Accipite Spiritum sanctū, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis.

Ca-

*Aug. contra Man.*

*Symbolum Constantinopolitanū contra Macedonium. Apostolica Ecclesia.*

*Ioan. 20.*

*Catholica  
Ecclesia.*

*Act. 1.*

*Factum  
Theodosij  
Cæsaris.  
Lib. 9. tri.  
bist. cap. 18*

*Agelium E-  
piscopus.  
Consilium  
Sisinnij.*

Catholica, id est, vniuersalis, hoc est, per omnia loca & tempora diffusa, & per Apostolos eorumque successores continuata vsque ad nos, propagataq; vsque ad fines terræ, iuxta illud: Eritis mihi testes in Hierusalē, & in omni Iudæa & Samaria, & vsque ad vltimum terræ. Hanc igitur Ecclesiā qui credit, iudicium in dubijs ab ea expetet, consilium prædictum grauisissimorum & vtu-  
tissimorū virorum secutus. Quod aliquando Theodosius Cæsar fecisse legitur. Cū enim vidisset animos hominum in varias partes hæreticorū dogmatibus distrahi, huic malo occurrere volens, in animū induxit, vt cum hæreticis disceptatio institueretur, quod consilium Agelio Episcopo communicauit, qui etsi alioqui bonus fuerat, rationem tamē ex scripturis reddere non valebat. Itaq; Sisinnium lectorem suum per se locuturum constituerat. Is id consilij dedit, hæreticos scilicet de antiquis Ecclesiæ doctoribus interrogandos, vt si eos non acceptarent, anathematizare auderent, quod durum videbatur: quod si hoc non facerent, à populo pellerentur: qua examinatione facta Theodosius hæreticos expulit, solosque orthodoxos fouit. Sed de auctoritate & consuetudine Ecclesiæ maiorum-

torumque legibus recentiorum quo-  
 rundam, eorumque doctissimorum sen-  
 tentiam proferam, ut sciatur quid in va-  
 rietate sequendum sit. Ego verò (in-  
 quit Alfonso Viruesius Episcopus Ca-  
 narien. de varietate assercionum disse-  
 rens) de his omnibus ita iudico, ut quæ  
 ab vniuersali Ecclesia perpetuò sunt  
 credita, & obseruata, ea tanquam ora-  
 cula diuina religiosè suscipiam, & v-  
 niuersis hæreticorum dogmatibus præ-  
 feram. Nihil enim aliud, quàm hæreti-  
 ci mihi sunt, quicumque aduersus hæc  
 scribunt, aut docent. De consuetudine  
 Ecclesiæ quanti illam fecerit Diuus  
 Paulus, nos paulò antè diximus. Quæ  
 verò (inquit idem) nouis sunt inter  
 Christianos traditionibus exorta, ita  
 ut nullo modo in sacris literis antè  
 fuerint, illa si conciliorum aut pon-  
 tificum sint decreta, ut leges & pla-  
 cita Christiana reipublicæ perquam v-  
 tilia venerabundus suscipiam. Quo-  
 ties autem de diuinis aut humanis hi-  
 sce legibus alicubi fortassis ambigi-  
 tur, optima mihi legum interpret est  
 Christiani populi generatim recepta  
 consuetudo. Nam cæteræ omnes in-  
 terpretationes, quas hæretici hæcenus  
 attulerunt, velut humana figmenta,  
 & carnis tantum prudentiæ inmitentes  
 marce-

*Recentiorum  
 eorumque doctissimorum  
 consilium.  
 Alfonso  
 Phil. 1.*

*D. Paulus  
 quanti fecerit  
 consuetudine  
 Ecclesiæ, antè  
 dictum est.*

*Consuetudo  
 populi Chris-  
 tiani.*

*Interpretationes hæ-  
 reticorum.*

*Esa. 40.*

marcescunt & emoriuntur. Omnis namque caro foenum, & quod natum est ex carne, caro est, cecidit foenum, & quotidie cadit, quod etsi diu aliquoties durare videatur, tandem arefcet. Verbum autem Domini manet in aeternum. Cui verbo quantumuis illud sibi omnes haeretici arrogent, sola Ecclesia Catholica innitur. Huius rei signum est haud obscurum, quod haeresibus cunctis processu temporum euanescentibus, sola Ecclesia Catholica inter haereticorum turbines, et malorum Christianorum, quibus vterque ordo satis abundat, alluiones, permanet & in aeternum permanebit, utpote aduersus quam neutra inferorum porta nec erroris nec iniquitatis praualere potest. De opinionibus vero quae inter orthodoxos sine fidei offensione quotidie oriuntur haec dicit: Horum omnia, in quibus doctores sibi mutuo aduersantur, priuata mihi videntur & phantastica, vtrorumque frequenter commenta, semper tamen alterorum. Quorum fortasse requiras illorum scilicet, qui magis a veterum doctrinis & traditionibus distant. Nam (mea quidem sententia) ea tantum ad intellectualem sapientiam pertinent, aut propius accedunt, in quibus neotericis inuicem &

*Sola Ecclesia Catholica verbo Dei innitur verè.*

*Sententia de Doctoribus sine offensione fidei inter se contendentibus.*

cum

cum veteribus conuenit. Hæc ille adijciens pluribus verbis antiquos sanctos variaſſe interdum ſententijs, contendiffè verò penè nunquam. Erasmus verò Roterodamus in quadam epiftola, & dialogo fic loquitur: Pugnèt qui volent, ego cenſeo leges maiorum reuenter ſuſcipiendas, & obſeruandas religioſe, velut à Deo profectas, nec eſſe tutum, nec eſſe pium de poteſtate publica ſiniſtram ſerere aut concipere ſuſpicionem: & ſi quid eſt tyrannidis, quod tamè non cogat ad impietatem, ſatius eſt ferre, quàm ſeditioſe relictari: hæc ille. Quod verò iſti queruntur, traditiones humanas ſuſcitari, cum omnes aboleuerit gratia Chriſti. Reſpondet Alphonſus: duplici cauſa (inquit) CHRISTVS abſtulit iugum legis, quarum neutra cogit, vt nobis auferantur: Primò (vt prætermittā myſticas illas ſignificationes, quæ Chriſto adueniente ceſſarunt) veteres Hebræorum ritus Deus ipſe tradiderat, qui pondus quoddam diuinæ ſeueritatis præ ſe ferebant, atque ad eò ſpiritum timoris potius quàm amoris gignebant affectum. Graue enim erat, & cui tolerando impares eſſent humanæ vires, illud ſubinde repetitum, Ego Dominus, hæc dicit Dominus, & ſimilia.

Noſtros

*Eraſ. Roſe.  
ſententia.*

*Solutio ob-  
iectionis de  
traditio-  
nibus.*

*Alf. phil. 14*

*Legis iugū  
duplici cau-  
ſa Chriſtus  
abſtulit.*

*Ritus Chri-  
stiana Ec-  
clesiæ.*

*Traditiones  
Ecclesiæ nõ  
asserũ capi-  
tate pericu-  
lũ trãgref-  
soribus, si  
absit ani-  
mus impi⁹*

*Humane  
traditiones  
duplices.*

Nostros verò ritus Christus ipse ta-  
met si verus homo non edidit, tantùm  
tradidit auctoritatem Ecclesiæ, vt ipsa  
sibi præscriberet ritus, quibus pietatem  
præstaret & religionem, qui ab homi-  
nibus instituti humanæ imbecillitatis  
rationem in primis haberēt, vt habent,  
essentque humana prouidentia & au-  
thoritate mutabiles. Præterea veteris  
legis traditiones obsitæ erant præce-  
ptis & interminationibus, terribiles-  
que contestationes sæpius obtunde-  
bant, nisi mordicus seruarentur: nostra  
verò traditiones nihil capitalis pericu-  
li asserunt transgressõribus, modò ab-  
sit animus impius aut contemnens. In  
hac enim sententiã sum, quamdiu  
Ecclesiæ non improbatur, cuius inte-  
rim authores habeo grauissimos at-  
que doctissimos: hæc ille. Qui huma-  
nas traditiones duplices esse ait: altere,  
quæ nihil nouum inducant, sed tantùm  
præscribunt tempus, locum & mo-  
dum, quorum quædam pietatis & re-  
ligionis opera à CHRISTO proba-  
ta & instituta, aut si mauultis præce-  
pta commodè & oportunè fiant. Alte-  
ræ verò, quæ nouum aliquem cultum  
aut ritum aliàs non præscriptum indu-  
cunt. Prioris generis exempla sunt ie-  
iunium, preces, eleëmofynæ, &cæ. Po-  
sterio-



sterioris, vestitus varietas, qua aliter clerici simplices, aliter episcopi, aliter monachi, aliter seculares induuntur. Item varij ritus sacrorum, quibus aliter quadragesimæ tempore, aliter resurrectionis, aliter festis, aliter profestis diebus celebratur. Hæc ille, & plura de traditionibus. Quam materiam latissimè tractavi: Martinus Peresius Guixi-  
 Martini Peresii de traditionibus.  
 Martini Peresii de traditionibus.  
 Signa Ecclesie vere  
 1  
 Ioan. 10.  
 2  
 3  
 appro-

Martini Peresii de traditionibus.

Signa Ecclesie vere

1

Ioan. 10.

2

3

*1. Cor. 1.**Eph. 4.**1. Cor. 11.**Psal. 2.**Act. 1.*

approbavit, idem sentiant, sed etiam idem loquantur, monente Apostolo: Obsecro vos per nomen Domini nostri Iesu Christi, ut id ipsum dicaris omnes, & non sint in vobis schismata, sicut autem perfecti in eodem sensu, & in eadem sententia. Et alibi. Vnum corpus, vnus spiritus, vnus Dominus, vna fides. Et charitatem Christus suorum discipulorum signū esse dixit: In hoc cognoscent omnes, quia discipuli mei estis, si charitatem habueritis inter vos. Quartum signum Ecclesie veræ est, quod sit Catholica, hoc est, vniuersalis, quæ vniuersalitas referenda est ad tempora & loca. Tempora quidem, quia ex omnibus ætatibus mundi Ecclesia congregatur. Nouerant enim Sancti ab orbe condito CHRISTVM venturum, & regnum diaboli destructurum. Quod verò attinet locorum vniuersitatē, manifestum est, Ecclesiam per omnia loca diffusam ex illo Psalmographi, Postula à me, & dabo tibi hereditatē tuā, & possessionem tuam terminos terræ: & ex illo supra citato, Eritis mihi testes vsque ad vltimum terræ. Hæc posteriora duo signa distinguunt Ecclesiam Christianam veram à schismaticorum & hæreticorum gregibus, qui vinculum pacis rumpunt, & à Catholica

tholica vnione seipfos in perniciem  
 suam diuellunt, dum partem toti atq;  
 vniuersæ Ecclesiæ anteferunt: quales  
 inter cæteros fuere Donatistæ, de qui-  
 bus antè dictum est: & alij permulti.  
 Ineptissimum igitur est, de Ecclesia du-  
 bitare, quænam, aut vbi sit. Ea enim  
 quæ sectis, hæresibus suborientibus, &  
 intercedentibus ab ipso Christi tempo-  
 re, et ab orbis initio vsque ad nostra, pa-  
 lam & in aperto perseuerat. Est enim  
 ciuitas super montem posita. Lucerna  
 non sub modio latitans, vt quidam fin-  
 gunt, quo nō sit cuius iudicio damnen-  
 tur, sed super candelabrum accensa, vt  
 & dignosci possit ab omnibus, & ijs  
 qui ad illam accesserunt lucere. Huius  
 est, vt ait Paulus, captiuare omnem in-  
 tellectum in obsequium CHRISTI.  
 Qui à Christo capite orta, & in Apo-  
 stolis ac martyribus propagata, per va-  
 rios gradus Christianorum eandem fi-  
 dem profitentium, & obedientiã pon-  
 tificibus, & cæteris hierarchis præstan-  
 tium, hucusque perseuerat. Ab hac non  
 est cur quispiam propter malos se se-  
 greget, cum in Ecclesia militante vs-  
 que ad finem seculi boni cum malis fu-  
 turi. Quod CHRISTVS indicat, Ec-  
 clesiam comparans decem virginibus,  
 quinque prudentibus, & quinque fa-  
 ctis,

*Donatistæ.  
 Alf. Ver.  
 Ecclesia  
 quæ.*

*Matth. 5.  
 Quare recē-  
 tiores dicāt  
 inuisibilem  
 Ecclesiam.*

*1. Cor. 10.*

*Solutio ob-  
 iectionis eo-  
 rum qui pro-  
 pter malos  
 ab Ecclesia  
 se segregāt.*

*Matth. 25.* tuis. Sagenæ missæ in mare, ex omni  
*Matth. 13.* genere piscium congreganti, tritico se-

*Boni et ma* rant zizania. Interest tamen. Nam bo-  
*li Christia-* ni in Ecclesia ita esse existimandi sunt,  
*ni quomo-* vt ipsi sint domus Dei seu viua mēbra  
*do sunt in* corporis mystici, qui quidē soli Deo no-  
*Ecclesia.* ti sunt, iuxta illud Pauli, Nouit Domi-  
*2. Tim. 2.* nus, qui sunt eius. Mali verò per quan-

dam colligationem professionis ac ex-  
 terioris participationis sacramentorū,  
 non secus ac palea in tritico, vel sicut  
 quædam membra putrida languidæ  
 in corpore humano, hi quamdiu non  
 excommunicentur, sunt eo modo in  
 Ecclesia: vt liquet ex Pauli epistola ad  
 Corinth. 1. cap. 5. Sed de Ecclesia latius  
 in Scopo nostro biblico scripsimus.

*Verba Chri* Nunc ad exemplum de corpore Chri-  
*sti de sacra* sti antè propositum reuertamur, illud-  
*mento cor-* que iuxta præcepta prædicta examine-  
*poris eius* mus, catholicæ Ecclesiæ iudicium re-  
*examinan-* quirentes, idque paucis, neque enim  
*tur.* hanc materiam latè tractandam nunc

*Materia re* instituiimus, solùm gratia declarando-  
*ligionis Chri* rum dictorum exempli causa protuli-  
*stiane qua* mus. Breue enim est iter docēdi per ex-  
*480.* empla, & efficax. Ecclesia catholica di-  
 uinitus edocta religionis Christianæ  
 materiam seu objectū (quod est Deus  
 operaq; eius) tale esse scit, vt null<sup>o</sup> crea-  
 tus

tus intellectus illud peruestigare poterit, cuius rei inter ceteros Diuus Paulus est testis. Qui quamuis tertij cœli mysteria cognouerat, tamen de rebus quibusdam quasi stupefactus in hæc verba prorupit: O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, quàm incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inperuestigabiles vitæ eius. Quis enim cognouit sensum Domini? aut quis consiliarius eius fuit? Idemque dixit, fidem esse argumentum non apparentium, quòd scilicet in religione Christiana non requiruntur argumenta, hoc est, rationes facientes fidem rei dubiæ, sicut in rebus humanis & naturalibus, sed fides ipsa, quæ in diuinis vicem argumentorum obit, vt scilicet quemadmodum illa indubitata habentur, quæ argumentis firmis comprobantur: ita certissima existimãda sunt, quæ fide apprehenduntur. Et veluti in rebus naturalibus argumenta sequitur agnitio, ita in diuinis fidem, dicente Esaia: Nisi credideritis, non intelligetis: proinde captiuans intellectum in obsequium CHRISTI, vt Paulus docet, comprobauit verum Christi corpus, & sanguinem in sacramento altaris sub speciebus panis & vini veraciter contineri, transsubstantia-

Rom. 11.

Hebr. e. 11.  
Cur fides non  
minetur ar  
gumentum à  
Paulo.

1. Cor. 10.  
Sensu ca  
tholica Ec  
clesiæ de cor  
pore Christi

omni  
o se  
reue  
bo  
funt,  
ebra  
o no  
Domi  
uan  
c ex  
torū,  
ficur  
dave  
non  
lo in  
la ad  
latis  
imus.  
Chri  
ilud  
nine  
m re  
enim  
nunc  
ando  
otuli  
er ex  
lica di  
stianæ  
Deus  
crea  
tus

tiatis pane in corpus, & vino in sanguinem, ut scilicet sint accidentia tantum panis, sapor, albedo, &cæ. non tamen ipse panis: idq; anno ab hinc. 341. in concilio magno Laterano, cui interfuere Hierosolymitanus et Cōstantinopolitanus Patriarcha, Metropolitanus 70. Episcopi 400. Græci & Romani imperij legati, Regum verò Hierusalem, Franciæ, Hispaniæ, Angliæ, & Cypri oratores. Id autem factum propterea, quòd id in dubium vocabatur ab aliquibus, nō quòd ante concilium illud, panis non trāsformaretur in corpus Christi & vinum in sanguinē. Voluti filius ab æterno fuit homoufios, id est, consubstantialis patri, tamen cum Arius contrarium affirmaret, filium Dei extrinsecus creatum, conciliū Nicænum decreuit, filium Dei esse homoufion, id est, consubstantialem, hoc est, ex ipsa deitate patris, non aliunde progenitum. Pari ratione & de transubstantiatione sentiendum est, quam ante conciliū Lateranum Ecclesia credidit. Iam inde ab Apostolis edocta, ut liquet ex autoribus grauisimis, et maxime pijs. Quorum testimonia collecta extant in locis communibus apud Hofmeisterum, & Martinum Petresium, ex quibus hīc breuitati studēs,

*Conciliū Lateranū æumenicum.*

*Sentētia Nicæni concilij*

pau-

pauca proferam. Cyprianus martyr. 3. *Cyprian.*  
 Epist. lib. 2. Calicem Dominus obtulit *Testimonia*  
 (inquit) & vinum fuisse, quod sangui- *authorū ve-*  
 nem suum dixit, vbi transsubstantia- *tustissimo-*  
 tionem notat in eo, quod dicit vinum *rum de cor-*  
 fuisse. Ambrosius de Sacramētis, quem *pore Christi*  
 librum esse Ambrosij Augustinus a- *Ambrosius*  
 gnoscit: Panis est (inquit) vtitatus ante  
 verba, vbi accessit consecratio, de pane  
 fit caro Christi. Theophylactus in *Theophyl.*  
 Matthæū, Ineffabili operatione trans-  
 formatur, etiamsi nobis videtur panis.  
 Et in Marcum, Deus infirmitati no-  
 stræ condescendens, speciem panis &  
 vini seruat, in virtutem autem carnis  
 & sanguinis transelementat. Neque  
 solum veteres Christiani id credide-  
 runt, sed etiam adorarunt exemplo Ma- *Matth. 2.*  
 gorum, mulieris Cananæ, cæci nati, *Matth. 15.*  
 aliorumque, quos CHRISTVS mi- *Ioan. 9.*  
 nimè vituperauit ob honorem sibi ex- *Ioan. 5.*  
 hibitum. Qui etiam de seipso dixerat:  
 Omnes honorificent filium, sicut ho-  
 norificant patrem. De qua adoratione  
 est illud Augustini de carne CHRIS- *In Psal. 98*  
 TI, dicentis: Nemo illam manducat, *1. Cor. 11.*  
 nisi adorauerit: cui non omninò dissi-  
 mile illud Pauli: Probet autem seip-  
 sum homo, & sic de pane illo edat, &  
 de calice bibat. Qui enim manducat &  
 bibit indignè, iudicium sibi mandu-

cat. & bibit, non dijudicans corpus Domini, hoc est, expositore Photio, non dijudicans corpus Domini, sed eo tanquam promiscuo & indifferente cibo utens, atque ita ad ipsum accedens. Neque enim humanitas à diuinitate separatur, neque corpus mortuum accipitur. Cùm CHRISTVS resurgens ex mortuis, iam non moritur. Vnde & ipse CHRISTVS apud Ioanem: Qui manducat me, & ipse viuet propter me. Quòd si id tibi impossibile videtur, quòd in cœlos ascenderit, vide ne omnipotentia Dei deroges, apud quem non erit impossibile omne verbum, dicente Angelo. Praterèa, ne in ratiocinationibus tuis euanescas, quas etiam religio Christiana (vt paulò antè ostendi) respuit. Postremò, ne (vt ait Paulus) in lapidem offensionis impingas, sicut scriptum est: Ecce pono in Sion lapidè offensionis, & petram scandali, & omnis qui credit in eum, non confundetur. Impossibile videbatur, si rationem humanà spectes, vt is quem viderant Apostoli integrū, daret se ipsum manducandum duodecim Apostolis, erat tamen verum (id quod ex verbis Christi credit Ecclesia catholica) Hoc est (inquit Christus, quasi digito demonstrans) corpus meum, quod pro vobis

*Roman. 6.*

*Ioan. 6.*

*Solutio objectionis.*

*Luce. 1.*

*Apta dictio Roman. 9.*

*Esai. 28.*

*Solutio per instantiam*



vobis tradetur. Nō dicit hic panis, neque panis pro vobis traditus: quomodo igitur & nūc etiam, quamuis in cœlos ascenderit, id facere non potest, alioquin nisi vt verba sonant accipienda essent, Christus ipse non tacuisset tantum mysterium, neque Apostoli. Illud autem maximè mirandum in pluribus huius seculi hominibus, qui licet credant verum Christi corpus esse, non tamen adorant, negantes ea de re præceptum extare. Paratiores isti volunt esse in cultu Dei quā hominū. Cū enim Imperatorem aut regem, seu quempiam alium vident, licet in habitu dissimulato: reuerentur tamen, neque nouo ad hoc opus habent præcepto, sed satis est, quòd illis non prohibeatur reuerentia. Dauid olim arcæ reuerentiam exhibendam præcepit, ex qua à Deo oracula dabātur: Adorate (inquit) scabellum pedū eius, quoniā sanctum est. Tu verò Deum verum non adorabis? atqui scriptum est: Dominū Deum tuū adorabis. Qui autē honor debetur patri, is filio, vt pximè ostēs sum est. Isti sanè haud dissimiles videntur seruo illi ridiculo, qui Dño ei⁹ in luto herēte, seruūq; in clamāte, vt manu porrecta illi auxiliū ferret, ille operiri iussit, donec iudicē inspiceret, an, si fortè Dominus

*Notatur  
quorundā  
stultitia.*

*Psal. 98.*

*Deutero. 6.  
Math. 4.  
Ridiculus  
seruus.*

in cœnum prouolueretur, illi extrahendus esset. Ita enim inter illum & Dominum conuenerat, ut ea tantum faceret, quæ in indice haberentur descripta. Sed hactenus ostendimus, quid Ecclesia catholica de Christi corpore sentiat, quæ quidē materia planius est ab alijs tractata. Cùm igitur ex præcedentibus manifestum sit, in examinandis questionibus religionis, ad Ecclesiam catholicam recurrendum esse: videat isti, quàm rectè faciant, qui Ecclesiæ auctoritate eneruata, noua sibimet dogmata, nouas constitutiones comminiscuntur, & constituunt, præsertim ab Ecclesia catholica dissidentes. Sed hactenus de his, quæ à me præposita fuerunt, dictum esto: superest, ut vos omnes pietate Christiana, meaque in vos animi promptitudine cohorter, non ut nescios doceam, aut quasi oscitantes excitem, sed ut vltro currentibus calcem adderem, quò curratis alacrius, vobisque negotijs Reipublicæ occupatis in mentem ea reuocem. Subeant vobis in mentem (obsecro per IESVM CHRISTVM) dicta, quibus apud Esaiam Dominus Iudæos alloquitur: Lauamini & mundi estote, auferte mala cogitationum vestrarum ab oculis meis, quiescite agere peruersè, discite bene

*Notantur  
quidam.*

*Epilogus ad  
Hungaros.*

*Esaiæ. 3.  
Verba Dei  
quib' olim  
allocutus  
est Iudæos.*

benè facere, querite iudicium, subuenite  
 te oppresso, iudicate pupillo, defendite  
 viduam. Non est (inquit idem) abbreviata manus Domini, vt saluare nequeat, neque aggrauata est auris eius, vt non exaudiat. Sed iniquitates vestrae diuiserunt inter vos, & Deum vestrum, & peccata vestra absconderunt faciem eius à vobis ne exaudiret: Manus enim vestrae pollutae sunt sanguine, & digiti vestri iniquitate, labia vestra locuta sunt mendaciū, et lingua vestra iniquitatem fatur. Non est qui inuocet iustitiam, neque est qui iudicet verè, sed cōfidunt in nihili, pedes eorum ad malum currunt & festinant, vt effundant innocentem sanguinem, cogitationes eorum cogitationes inutiles, vastitas & contritio in vijs eorū, vias pacis nescierunt. Propter hoc (ait Dominus) elongatum est iudicium à vobis, & non apprehendet vos iustitia, expectauimus lucem, & ecce tenebrae, splendorem, & in tenebris ambulauimus, palpauimus sicut cæci parietem, & quasi absque oculis attrectauimus, impegimus meridie quasi in tenebris, rugiemus quasi vrsi omnes, & quasi columbae meditantes gememus. Expectauimus iudicium, & non est, salutem, & elongata est à nobis. Multiplicatae

*Esai. 59.**Esai. 30.*

Y 5 sunt

sunt enim iniquitates nostræ, vos depasti estis vineam meam, & rapina pauperis domo vestra. Quare atteritis populum meum, & facies pauperum commolitis? Væ qui prædatis, nonne & ipse præliberis? & qui spernis, nonne & ipse sperneris? Cùm consummaueris deprædationem, deprædaberis. Ostendam vobis (inquit) quid ego faciam vineæ meæ, auferam sepem eius, & erit in direptionem. Diruam maceriam eius, & erit in conculcationem, & ponam eam desertam. Væ qui iustificatis impium pro muneribus, & iustitiam iusti auferris ab eo: propter hoc sicut deuorat stipulam lingua ignis, & calor flammæ exurit, sic radix eorum quasi fauilla erit, & germen eorum vt puluis ascendet: abiecerunt enim legem Domini exercituum & eloquium sancti blasphemarunt. His verbis vos commoti, ad honestissima quæque & utilissima consilia animum adijciatis. Ne patiamini obsecro vos quouis vento doctrinæ circumferri, in nequitia hominum. Illud sibi maximè persuasum habentes, non vnus cuiusuis aut priuatorum paucorum: verùm Ecclesiæ, quam vos credere profiterimini, iudicio standum esse. Seruate fidem senes, quæ adolentes inuenistis, quam à ma-

*Esaiæ. 33.*

*Esaiæ. 5.*

*Adaptatio  
verborum  
Dei.*

*Ephes. 4.*

*Non quouis  
veto doctri-  
næ circum-  
ferendus  
homo.*

3111

2

Y

iori-

ioribus vestris vnà cum profefsionibus accepistis, in qua quosdam etiam ex genere vestro, Deo placuisse certissima iudicia extant. Quod tamen idololatrias, vt isti vocant, neuiquam euenisset, cum sine fide placere Deo impossibile sit. Et vt donetur quaedam recen-

tia veteribus esse vtiora Ecclesiæ: certè necessaria esse non possunt, alioqui maiores nostri, qui huiusmodi dogmata nescierunt, haud habuissent Ecclesiam. Etenim Ecclesia minimè vocanda erat illa, cui aliquid tanto tempore defuit ad salutē, nec si tantillo quidem defuisset. Moueamini vel exemplo Sceuanorum populorum Africae, quorum maiores sacris initiati fuerant, docentibus Bartholomæo Apostolo, & Philippo diacono. Apud hos enim temerè desciscētes à religione, totius concursu multitudinis, lapidibus obruuntur. Semel verò susceptæ religionis ritus, præceptaque temerè transgressos, & de Deo diuisque eius impiè loquentes, in foro viuos comburunt. Ne excidat vobis factum Francisci Regis Galliae Christianissimi, qui, cum secta sacramentariorum pullulare inceperat, sparsis passim libellis famosis, quibus sacrosanctæ Eucharistiæ honor, & reuerentia eleuaretur,

*Hebrae. 11.  
Solutio ob-  
iudicioris.*

*Iouius l. 18.  
Tom. 1.  
Exemplum  
Sceuanorū  
populi Afri-  
cae.*

*Factum Re-  
gis Gallie  
memorādū.*

*Appendix  
Chro. Car.*

vehementer commotus, quanta maxima potuit religione, atque caremonia, indictis solennibus supplicationibus, scelus hoc expiauit, pedes ipse aperto capite, piacularē faciem ardentem gestans, pone sequentibus regina, liberisque, & aulae primoribus omniq; populo. Qui & concione pomeridiana omnes ad exterminandam eam haeresim nulla ratione, aut generis, aut amicitiae habita, hortatus est: testatus etiam, se vel suum etiam brachium recisurum, si ea occasione infectum putaret, fontes deprehensos viuos exuri iussit. Agnoscite summum Ecclesiae pastorem, quem Imperator Christianus cum Regibus caeterisque principibus Christianis agnoscunt, Christianoque more venerantur. Id quod & omnes Reges vestri hactenus fecerunt, a quo etiam corona regni, et potestate crucis, regibus vestris praeferenda honestati sunt. Terreamini exemplo Sedeciae regis Iuda, qui cum verbum Dei neglexisset, Ieremiaeque prophetiam contempnisset, a Nabuchodonosore rege Babyloniorum captus, in conspectu suo filios trucidari vidit, ipsi autem eruti sunt oculi, Hierosolyma funditus euersa, templum Dei iussu erectum, destructum est, selectissima pars Iudaici populi

*Ecclesias  
mus pastor*

*Horredum  
exemplū Se  
deciae regis  
Iuda.*

in c  
ann  
ex n  
do  
pell  
sua  
& v  
mur  
bus  
glut  
retis  
omn  
iam  
auxi  
lius,  
simu  
mos  
ferar  
laus  
gibu  
rimu  
que  
mis  
teris  
priu  
quif  
lienā  
que  
quid  
scun  
Nō

in captiuitatem abducta est, quam 29. *Ierem. 28.*  
 annis pertulit. Suaserat enim Ieremias *Ierem. 39.*  
 ex mandato Dei Sedeciae, vt Nabucho *Ierem. 15.*  
 donofori Dei seruo ( sic enim eum ap-  
 pellat) se dederet, quo populus peccata  
 sua agnoscere possit. Agnoscite igitur *Peccata a-*  
 & vos peccata vestra, Deumque opti- *gnoscenda.*  
 mum maximum communibus voci-  
 bus precemini, ne patiatur ille vos de-  
 glutiri ab eo, in cuius rictu iam ferè hæ-  
 retis. Date operam, vt patriam (quæ  
 omnium charitates, vna complexa est)  
 iam ferè collapsam, consilij sanis &  
 auxilijs promptis iuuetis, memores il-  
 lius, Malum consilium consultori pes-  
 simum: cuius rei præter cæteros pluri-  
 mos (vt vestra exempla domestica pro-  
 feram) testis est Vidus, testis Nico- *Vidus.*  
 laus Gara, qui mala consilia dum Re- *Micolaus*  
 gibus præberent, & illis, & sibi plu- *Gara.*  
 rimum incommodarunt, cædem deni-  
 que accersuerunt. Cogitate cum ani- *Vaticinium*  
 mis vestris quid in Chronicis vestris li- *Bonsinij li.*  
 teris mandatum sit: Plurima mala, non *4. dec. 3.*  
 prius in Hungaria cessatura, donec se  
 quisque metiri, cœercere ambitione, a-  
 lienâ dimittere, inuidia carere, mutuâ *Concordia.*  
 que concordiam amare didicerit. Qua  
 quidem cœcordia (ait ille) parua res cre- *Principes*  
 scunt, discordia maximæ dilabuntur. *vestri quæ-*  
 Nō defunt vobis principes, pietate infi- *les.*  
 gnes,

gnes, qui ita vtilitatem omnium vestrum tueri parati sunt, vt quicquid agunt, ad eam referunt, obliti commodorum suorum, aded vt mortem oppetere non dubitarent, dummodò sint vobis profuturi. Proinde cum videam sic affectos, non est quod illos in presentiarum alloquar, praesertim cum princeps illustrissimus praecipua salubria af-

fiduè audiat, ijsque aures eius vndique circumsonent. In cuius aetate tenera, & flectenda, & dirigenda, eundem sensum, eandem curam, cum serenissima Regina adhibeatis omnes, quoad se atque sua per aetatem regere possit. Nam vt arborum semina (ait quidam) dum pusilla sunt, palis indigent, quibus nitantur, ne ventis & tempestatibus incuruescant, obliquitatemque ducant crescentia: Sic puerorum ingenijs, moderatore opus est, & magistro, qui ea regat, atque contineat, ne flectere in vitia, malasque artes possint, ad quas tenera omnis, & infirma aetas, pronos maximeque lubricos lapsus habet. Id autem vel eo magis faciendum, quod Do-

*Hierem. 13.* minus apud Hieremiã dicat: Si potest mutare Aethiops pellem suam, aut Pardus varietates suas, & vos poteritis benefacere, cum didiceritis malum.

*Plutarchi.* Non vno supplicio dignus est, qui fon-

tem



rem publicum vnde bibant omnes, veneno inficiat: ita nocentissimus est, qui principis animum prauis infecerit opinionibus, quæ mox in tot hominum perniciem redudent. Si capite plectitur qui principis monetâ vicariit, quanto dignior est eo supplicio, qui principem corrupit. Quod si coronatum sacro diademate Regem, etiam si bestiis comparari posset, nunquam tamen sine maximo scelere lædi posse, quidam generis vestri dixerat. Quod & Dauid Rex senserat, qui suadenti seruo vt Saulem persecutorem suum interficeret: Propitius (inquit) mihi Dominus, ne extendam manum meam in CHRISTVM Domini. Quonam animo in principes iustos, pios, benignos, publici commodi studiosi esse debetis? Vos vero sacerdotes Domini, quos Deus nomine Angelorum exercituum Domini dignatur, satagite vt labia vestra custodiant scientiam, & ne de vobis illud dici possit, quod de sacerdotibus Iudæorum à Domino dictum est: Recessistis (inquit) de via, & scandalizastis plurimos in lege, propter quod & ego dedi vos contemptoribus, & humiles omnibus populis, sicut non seruastis vias meas, ita Dominus. Adnitimini cōseruare vestra, quibus ab initio

parta

*ab Erasmo  
repetita.*

*In corrupto  
res principis, si qui  
forte sint.*

*Reges honorandi.*

*Bonfinius  
li. 2. dec. 30.*

*Sacerdotes.*

*Mala. 20.*

parta sunt. Imperium enim facile his artibus retinetur, quibus ab initio partum est, ut ait Sallustius. In summa, omnes ea curate, facite, quæ vobis honori & utilitati, Reipublicæq; emolumento essent, & (quod omnium maximum et præcipuum est) in gloriâ opificis rerum Dei cedant, Qui ut agnoscat, &

*Psal. 33.*

celebretur omnia creavit. Hinc timentes omni bono non minuentur.

**FINIS.**